 mo de Aliment. facult. ijs enim de fabis præscia-  
 tis, quod difficilis concoctionis sint: ac nimis fla-  
 tulentæ, ad dubium reuertamur: An pectoris &  
 pulmonis excretionibus cōueniant fabæ? Cui  
 dubio, omnes tam Græci, quam Arabes, respō-  
 dent, quod sic: nimirum docente id primo Gale-  
 no lib. septimo citati uoluminis, ubi ita inquit,  
 porrò, ut edulium flatulenta est faba, ac coctu  
 difficile, si quid aliud: excretionibus ex pecto-  
 re & pulmone idonea: & cætera: Sed an cū cor-  
 ticibus uel sine eis coquendæ sint. ut excretioni-  
 bus profint, hoc opus hic labor est. Galenus ci-  
 tato libro septimo de Facul. simpl. medic. inquirit:  
 Caro eius paulum quoque abstergentis facul-  
 tati

tatis coniinet, sicut putamen non nihil astringen-  
tis. Qua de causa, medicorū nonnulli totam fa-  
bam cum oxycrato decoctam dysentericis, cō-  
liacis, uomentibus; quos ἐμέπικρες nominant  
exhibuerunt. Ex quibus uerbis satis constat car-  
nem fabarum depositis putaminibus coquendā  
esse, ac pectoris affectionibus & uitiiis laboran-  
tibus propinādam esse. Quod Galenus ipse ita  
faciendum præcipit libro septimo de Compo-  
sitione medicamentorum secundum locos, ca-  
pite primo, in quo de affectionibus circa partes  
respirationis contingentibus, agit. Inibi enim  
intra reliqua pectori conuenientia, fabam fre-  
sam elixam, numerat: est autem faba fresa,  
absq; corticibus fracta, albaq; redicta, prout ho-  
die uariis in locis uenalibus habetur. In quam Ga-  
leni sententiā Aucenna uadit, ac post eum  
omnes practicas scribentes: At Paulus Aegine-  
ta, ut solet libro septimo sue Medicinæ Galeno  
subscribit, libro tamen tertio, capite de Rauci-  
tatis curatione, longe dissideret, quum fabas suis  
corticibus elixas tanquam ualentius abstergen-  
tes concedat: Hæc enim sunt Pauli uerba, At si  
humor in particulas se reperit trāseūdum est  
ad ea quæ ualentius abstergent: cuiusmodi est  
faba cum corticibus suis elixa; & quæ ex mel-  
le præparantur. Ob hæc autem Pauli uerba du-  
bium hoc à nobis propositum suit: quæ, ex di-  
recto omnibus authoribus aduersantur, immo-  
sibi Paulus contradicit libro septimo, ubi Gale-  
ni uerbis subscribit. Proinde ut paucis rem ab-  
soluam;

soluam, non non aliud certe crediderim, quam mendam subesse huic Pauli textui, aut potius Gr̄eco exemplari, quum uice dicendi, cuiusmodi est faba absque corticibus suis elixa, dixit, cū corticibus suis elixa. Non me latet tamen hodie ex fabarum corticibus aquam per campanam extillari, quæ summopere urinam cit, & appri- me diuretica est: quod opus potius abstersionē quam constrictiōnem arguit: quanquā eos cor tices uto pote adstringentes in unguento de corti cibus castanearum dicto, & de comitisa, ingredi nos non lateat: Si quis tamen meliora adduxerit, non grauabor sententiā murare.

### CVRATIO SECVNDĀ: IN QVA agitur de occipitio fracto.

**P**er natus annos sex, per scalam eccidit, & in occipite ita fortiter percussus fuit, ut illico euomuerit, ac tanquam mortuus per dimidiam horam prostratus iacuerit, ad quem accersitus, iubeo chirurgum in ea occipitis parte, magnam in crucem facere apertione: indicabant enim predicta Symptomata caluariam disseclam esse, ac cerebrum laſloneni pati: quæ omnia secunda curatione, ita esse apparuerunt, non sine tamen assistanceum admiratione: erat enim occipitis os, quod densissimum & firmissimum est, maximā rimam à medio lambdoidis coniſſuræ incipientem uersus primam uertebrā habens, quam rimam assistentes chirurgi suturam extimabant, ignorantes alioquin quod sicut sagitalis sutura ē medio lambdocides aliquādo ad nares usque, tam in-

mascu

masculis quam foemini, protēdi uisa est. ita à medio lamb  
docides uersus primam uertebram, nunquam nec in uale  
de puerilis: sed est quod sutura esset, per eam sanguinem  
ingredi credere par erat, qui postea putrefit: & agrum  
ad obitum trahit; ob quam causam, inibi craneum ad du  
ram usque meningem perforare opus erat, nec uereri  
est, quod Hippocrates libro de Capitis vulneribus, agen  
dum suadet: scilicet quod suturas ipsas perforare non de  
bemus, sed secedendo in propinquuo osse perforationem  
faciamus. Nam tametsi uera ac indubitate hæc Hippo  
cratis sit doctrina, ob duram suspensam meningem: ple  
runque tamen coginur quū sutura plus iusto aperta est,  
super eam radere pericranium primo: inde unguibus, uel  
ucl ut melius fieri poterit, separando: à qua operatione  
nullum malum oriri hucusque uidimus, sed magis morte  
non nullis superuenisse ob id quod super suturam aperire  
chirurgi timebant, obscrutauimus. Vidimus autē nos Fer  
rariæ Magnifici Antonij Lucei Medici Illustrissime Re  
nate Ducis Ferrarie, uxore. Quæ cū ē palustro cū prædi  
cta illustrissima Domina caderet, in capite vulnere uno  
uel altero affecta fuit, præcipue circa squamosam siue  
mēdosam suturā. Pro cuius curatione, quū uarij medici et  
chirurgici præsentes essent, nos resonante uoce: squamo  
sam illam plus iusto disjunctam esse diximus. per quam  
apertioñem sanguinis portiunculam subintrasse timebae  
mus, iecirco rosario aut scalptro ad duram usque menina  
gem craneum perforare: quum inde nihil nisi faustum  
& bonum euenerire poterat, contendebamus: quod si non  
ficeret, multa inde mala oriri posse, prout postea euene  
runt testati sumus: in grauiſſima autem Symptomata  
Magnifica hæc Domina incidit, ex quibus illi mors subse  
quuta

quata est. Rimam igitur in puerō de quo agimus, conspēctam, secundum profunditatem ad duram usque meningeī perforare fecimus, cerebellum fugientē, ac oleo omnipacino, et ovi uitello ad aliquod dies utentes, ad mel rosatum collatitum deuenimus: super additis unguentis necessarijs, quibus intra quadraginta dies sanitati fuit restitutus: solidescit autem caluaria fracta plerunque triginta quinque diebus.

## S C H O L I A,

Cum omni capitis osse robustius est os occipitis, mirari est, quomodo ex casu fissuram adeptum sit: Item, quum pueri esset os, quomodo non plicatum fuit, non uero diruptum aut scissum. Quibus dubijs respondemus. Primo, raro contigere occipitium ob sui duriciam strangi; quia tamen obnoxium, ut cætera ossa erat, frangi nō est mirari: quibus addimus, quod quia durum est, scissum fuit. Nam si molle, ut sincipitis esset, forte plicaretur: nec rimam aut fracturam pateretur, ut alijs euensis uisuni est puerulis, & nos centuria prima harum medicari curat. minimus. Porrò de cranei fracturis, legitio Galeum, libro sexto Methodi medendi.

C V R A T I O T E R T I A: I N Q V A A G I-  
tur. de quodam qui ob capparum multorum esum,  
in quedam Symptomata grauia deuenit.

**M**Onachus Recinensis, qui apud Coenobium Diui  
Dominici Pedagogi officio fungitur, quū morbo  
ex mea

ex meatuum circa iecun obstrukione iandiu laboraret, medicorum consilio, in prandio, & cena nullo alio aetatio quam oxeleo paratis capparibus utebatur. Ille uero credens citius ab affectione illa liberari, si plures in cibo acciperet: Scutulam capparibus plena precipue in cena esitabat. Ex quibus succus quidam genitus fuit, ipsum in stomachi rostiones, & insomnia quædam trabens. Qui quū sic per aliquot noctes insomnis afflictus, absque febri tamen, perseveraret, ad me uenit, medicamentum, quo morbum profligaret, petens. Porro quiuni de uictu, & cibarijs uti solitis ab eo quererem, plures cappares singulis diebus comedisse meminit: à quibus humorē illum salsaginosum, ac porri uirorē referente, ortum traxisse coniecor: id quod ita esse postea inueni, ab eis enim ut in totum abstineret suasi. Demum expulso humore illo, per bolum ex cassia fistulari, & pauculo agarico confectum, ab illis affectionibus liber, & immunis etasit, nec amplius in easdem redijt.

## S C H O L I A.

Tamen si capparis radicis cortex, & eius fructus, uirium proportione respondeant: ad omnia ramen cortex quam fructus & folia, poterior est. Cæterum capparis ex diversis, pugnatisq; constat facultatibus, ut meminit Galenus libro. τ. de Facult. simp. med. Nam sua amaritudine capparis exterget, purgat, & incidit: Acrimonia uero excalfacit, incidit, ac digerit: porro acerbitate contrahit, desat, ac constringit. Vñ lieni indurato, ac iecinori obstructo maxi-

B me

me opitulatur. Præterea ad collapsam appeten-  
tiam incitandā cappares accommodatissime sunt:  
quibus ut medicamento uerius quām alimento  
sale(ut ad nos importari solent) conspersis, uti  
solemus: Oxeleo tamen, aut oximellite paratis.  
Siquis tamen illis liberalius, quam deceat uta-  
tur, & uice cibi eiusdem uescatur, ex eisdem se-  
rosum, uel biliolum, aut melancholicum gigni  
humorē ceriū est: ut nostro interuenit ægroto.  
& Galenus cōfirmat libro de Cibis boni & ma-  
li succi, capite secundo, in hunc modum dicens;  
Necesse est enim crudos, crassosq; humores, uel  
concoqui, uertiq; in sanguinem, uel in putredi-  
nem labi: non secus ac quæ calidis in locis diu-  
tius manserint. Quamobrem inuenta à medicis  
medicamenta sunt, quæ salubria appellantur,  
tenuandi scilicet uim habentia. Ea nanque a stri-  
ctos meatus obstructionibus liberant: ac si quid  
lenti humoris infixum ualis, h̄grenscq; fuerit, ab-  
stergunt: crassasq; humiditates attenuāt, ac dis-  
fecant. Quod si eis quispiam uberior utatur, ea  
uel serosum, uel biliolum, uel melancholicū pro-  
cedente tempore efficiunt sanguinem. Hæc Ga-  
lenus: per quæ satis constat cappares hoc effice-  
re posse. Nam Auicenna authore, cappares se-  
cundo gradu calidæ & siccæ sunt: quæ inter sa-  
lubria citata medicamenta merito reponi de-  
bent. Nam sua acuitate sanguinem biliolum, &  
melancholicum, ijs qui uberior eis uescuntur, effi-  
ciunt. Quin etiam eorum substantia salis causa  
paruum præbet nutrimentum: quod in totum  
dixee

dixerim biliolum, & laisuginosum: ex quo aucto, non nisi intestinorum, & ventriculi rosiones nascuntur: Capitis dolor: per uniuersum corpus pruritus; ac urinæ difficultas: ob quæ insomnis homo plerunque euadit. Animaduertant igitur medici qui principum curam habent, ne libera lius quæ debeat capparibus eos uesti permittant. Parce enim cappares comedи debent: & (ut Galenus tradit) medicinæ tantum ratione: quia medicina cibalis dicuntur. Quæ omnia de asparagis, & crethamo, fœniculo dicto marino, dicta putato. Nam plus iusto comesti prassinam bilē gignunt: ut nos ipsi experientia compertū habemus: & plures frequenter obseruantur.

CVRATIO QVARTA, IN QVA  
agitur de quodam, Qui ob errorē cōmissum  
in pleuritide mortuus fuit.

**Q**uidam Anconitanus natus annos quinque supra uiginti, fortis & robustus, pleuritide correptus fuit: ad quem uocatus, illico ex axillari uena eiusdem lateris, ubi dolor erat, sanguinem extrahere feci: quem postea ægri resumptis viribus, ex eodem loco, bis fluere feci: ita ut intra quartum diem, dolor ex toto subblatus fuerit: & æger post multam sputi reiectionem se sanum diceret. Sequenti uero nocte quam suo, & aliorum iudicio, bene ualeret, cum uxore rem habuit: unde dolor intensissimus, & symptomata grauiſſima illum denuo invaserunt. adeo ut intra biduum cum interfecrint, obiit autem ultimo sexti diei.

AM. LVS. CVR. MED.  
 CVRATIO QVINTA, IN QVA  
 agitur de cocyge osse, cauda dicto, recurvo:  
 ac inflammatione propè ipsum oborta.

Ioannes Cordella Anconitanus natus annos uigintia  
 septem, inflammatione cum ingenti dolore circa podi-  
 ce laborabat: ex qua & febricitabat, & ita quereba-  
 tur, ut remediorum applicationem omnino pertinece-  
 ret: nec quicquam super eum locum admitteret. Clavum  
 enim, aut spinam inibi infixam se habere clamabat. Ego  
 uero causam unde morbus oriri poterat perquirens, cum  
 Gallis iter fecisse, ac eorum more successore equo equi-  
 tasse, respondet: quo audito in mentem uenit, forte for-  
 tunam huic coccygem os quod communiter caudam dicunt,  
 plicatum ac fere confractum fuisse: quod aliquando cue-  
 nire solet ijs qui ex alto cadunt: uel qui plus iusto concu-  
 tiuntur; ut ab equis, qui concutiendo sessorem gradiuntur  
 gradarijs oppositis. sape fit: potissimum ijs qui extra co-  
 suctudinem talibus equis utuntur. Apposito igitur matu-  
 rante medicamento, ac disrupta phlegmone, & multo ex  
 ea pure deposito æger melius habuit. Protinus igitur assi-  
 stens chirurgus nostro consilio indicem digitum manus  
 sinistre per ægrotantis anum immisit: ac (ut prædia-  
 xeramus) coccygem male affectum inueniens, in suum  
 locum dextra manu reduxit. Et paucis postea admotis  
 idoneis medicamentis, intra paucos dies sanitati fuit  
 restitutus.

S C H O L I A.

Coccyx os est cauda distū, ab osse sacro or-  
 tum

tum habens, quod tam hominibus, quam simijs, tribus confrat ossiculis cartilagineis, potius q̄ osseis. In quo Gal. libro de ossibus, nonnulla patria neruorum reperiri, ac per id disseminari tradit: quod uerum esse in simijs sciatis uelim: Se-  
 cūs autem in homine: quum nul i in eo uidean-  
 tur, nec foramina percipiuntur illa, per q̄ne ner-  
 ui prop̄gari, aut disseminari aliqui possint. Qui  
 bus addere est, quod spinalis medulla ossi sacro  
 terminatur: nec ad coccygem descendit. A qua-  
 terui originem (ut nostis) trahūt: Proinde in ho-  
 mine coccygem nullis ornari neruis certissimū  
 est: nec minus, ut obiter hoc attingam, de osse  
 sacro à Galeno dicta intelligi debent. Ex tribus  
 enim particulis os sacrum construi capite un-  
 decimo dixit. Quod in simijs uerificari noui-  
 mus. Nam humanum os sacrum ex sex cōstru-  
 ctum est ossibus. Porrò coccygis male affecti cu-  
 rationem breuiter, sed doctissime, ac artificio-  
 sissime attingit Paulus Egineta libri sui sexti ca-  
 pite nonagesimo octauo: à quo nos in hac cu-  
 ratione edocti sumus. Sed unum præterire nō  
 licet, quod inibi quando de osse sacro loquitur,  
 proprio de coccyge sermonem facit: quum di-  
 cat, cæterum osse sacro contracto index si-  
 stræ manus digitus in anum demittendus est:  
 & cætera.

CVRATIO SEXTA, IN QVA AGIT-  
 tur de puero comitali morbo laborante,  
 quem Epilepsiam uocantur.

Per natus annos undecim ulcus in crure habebat; quod quum diligentia pluribus elapsis mensibus curaret, & ad sanitatem reduceret, in Epilepsiam morbum comitialem dictum, incidit. Qui cum ad me ueniret, & consilium de propulsando morbo peteret, inter cetera in sinuat; morbum ortum post ulceris curationem esse. At ipse querens, An antea quam male corripetur, & in paroxysmum deueniret, aliquid per corpus obrepens sentiret? ille illoco respondet, A crure propè ulcus auram, seu spiritum frigidum sursum ferri, ac caput petere, per sensisse. Qui quum caput attingebat, illoco in terram cōcidet: nec mente constabat. Quibus auditis, morbi per consensum fieri, & eius curationē in ulceris antiqui aperitione consistere, in mentem subuenit. Proinde habitis syrupis pituitan respicientibus uniuersum eius corpus purgauimus: ac supra ulcus, erodens sive causticum dictum medicamentum admouimus: Per quod adaptum sanies, & ichores retenti, olim soliti descendere, fluere coepiunt. Denum ligato crure, & vinculis parte in superiore intercepto, ac cōstructo, instituto optimo uictus ordine, puerum intra duos menses in pristinam reddidimus ualeitudinem.

## S C H O L I A.

Hanc pueri curationem Galeno acceptā reserimus, lib. tertio de locis affectis capite quinto: & Rasi Arabū facile principi libro suo nono ad Regem Almansorem dicato: capite undecimo: quos per otium legit.

Cura-

CVRATIO SEPTIMA, IN QVA AGI  
tur de Paralyfi, idest, neruorum resolutione, &  
spasmo, id est, cōvulsione, ac oris distortione.

**M**vlies, ob sui pulchritudinem, ab omnibus formo-  
su uocata, quum utero gereret, oris tortura, ac  
neruorum retraktione corripi ceperit: quae indies magis  
ac magis uexabatur, & accessione quotidie pluries deti-  
nebatur. Hec puellam optime peperit: & menstrua, ut  
decet, responderunt. paucis tamen interiectis diebus pa-  
ralysi oppressa fuit: adeo ut eius brachium, & dextrum  
crus immo totum illud latus non moueret. Contra quam  
egritudinem nos varijs remedij pituitam, caput, & ner-  
uorum originem infestantem, respicientibus, usi sumus.  
Eam primo extenuando, & incidendo sequenti potu;

Recip. Mellis rosati colati. unc. 1.

Oximellitis simpl. unc. 1.

Aquarum betonicæ. } an. unc. 1. & s.  
Salviæ.

Misce, fiat syrpus.

Quatuor uero ebibitis, catapotia hæc deglutienda dedi-  
mus, que ita habent:

Recip. Pilularū de hydra. drac. 2.

De Agarico. } an. drach. 1.

Asseieret. } an. drach. 1.

Diagridij.gra.3.cum melle rosato fermentur pilulae  
quinque: & eas deglutiat, quatuor oris post coenam. Sic  
enim paralyfi effecti leuiter tractandi sunt præsertim  
quando morbus dat inducias. Postea tribus interpositis die-  
bus, in quibus et antea, quod aliud respondebat clysteri uel  
balano admodum solicii eramus, potū istum concessimus.

Recip. Betonica

Saluic

Stechados

Hyssopi.

Maiorane

Satureie

Chamepitys

Polypodij quercini recentis. unc. 1.

Passarium absque granis. unc. 3.

Seminis anisi

Fœniculi.

} an. 3. f.

} an. unc. 2

In libris sex aquæ fiat decoctio ad medias, & coletur. tunc  
Recip. prædicti decocti. unc. 4.

Syrupi de Betonica

De Stechade.

} an. unc. 1.

Misce fiat syrups, & sexies iteretur.

Postea uero ijs catapotijs alius subducta fuit, que habet  
Pilularū fœtidarū

Mcuc.

Cocciarum Rasis.

} an. drach. 2.

Diagridij. gra. 3. cum syrupo de betonica, formentur pilulas quinque, & in auratis hora prædicta deglutiatis: post quas melius habere coepit. At quum morbus diutinus, & longus est repetita euacuatione opus habet. Quia de causa: iteratis syrups, ad prædictas pilulas deuenimus, ueluti de sagapeno, serapinum officinarum mangones appellant: de oppponaco, non omittentes tanien agaricum in pasta recens paratum. Nam trochiscatum quod officinis prostat, plerunque natus est, & si recens paratum est, suas quoque in preparatione auittit uires. Sed unum scire tyrones decet, quod in paralysi & affectibus partium

partium remotarum, pilularis forma aptior est: quia sua in uentriculo longiore mora pilulae à remotis partibus attrahunt. Item scire decet, quod & si acetum crassam pituitam tenuet, & lentam incidat, quæ paralysis mater est: quia tamen nervis maxime obest, quorū effectus paralysis dicitur, eius usus abnegandus est: ueluti omnium frigidorum, & mordacium. Si tamen acetum concedi debeat, meli rosaceo admixtum esse debet. quum mel rosatum eius infringat noxas, uel saltum quod passulis parari solet, & acetum passulatum dicitur: quod et ad intinctus usurpari posset.

Sed interim dum hæc agebantur, materiam per extensius digeremus, hoc est resolutebamus: & cerebrum nervorum originem, ac spinalem medullam, ueluti partes ab hac materia lessas roborabamus. Primit igitur diebus, mitia explorauimus, ut oleum chamaelinum; anethinum, de uermibus, liliaceum, irinum. Deinceps ad ualentiora accessimus; ut iaulpinum, costinum, rutaceum, laurinum; de castoreo, de lateribus, siue saxo, & philosophorum hodie dicto; de piperibus, de euphorbio, de therebinthina, quibus addere est, aquam uice, & similia. Vitæ quorum: unguenta quoque apponebantur: & unguentum agripæ, marciaton, aragon, uel hoc à nobis paratum, quod habet ita. Recip. Summitatū rutæ, fuisse.

Cucumeris astiniri.

Maiorane

Saluie

Menthæ

Roris marini

Hyssopi

Ebulorum.

} an.m.s.

E s

Radia

Radicis Brioniae  
Cucumeris sylvestris } an. unc. 1.  
aslinini dicti.

Ircos.

Syleris montani  
Stechados  
Betonicae  
Chamepitys  
Chamedrys.

Olei Anethini. libras tres.

Rutacci libras duas.

Axungiae galline  
Anatis } an. unc. f.  
Taxi.

Vini quantum sufficit, omnibus triturandis trituratis,  
fiat unguentum molle ad ignem secundum artis ministerium cum sufficienti cera: Hoc enim ex predictis membra inungebantur, manibusq; fricabantur, quæ postea lana succida opperiebantur: sed caput ex ceruix pelle vulpina fasciabantur. At post multas totius corporis evagationes, inter quas hirundines anno admotas numerare est, pluribus diversionibus usi sumus, materiam quæ ad spinalem medullam defluebat auertentibus: ut frictionibus, errhinis, sternuatoris, apophlegmatismis, gargarismatis, et huiuscmodi alijs: Victus ratio in uniuersum calida et sicca erat: ac attenuatoria. erant autem cibi boni succi et concoctu faciles: potius assi, quam aqua cocti, potissimum auicularum montanarum carnes, perdicum, phasianorum, et similium: Cæterū Ova sorbilia, amygdalas, et pini nucleos, ac uiam passam, et ex oleribus feniculum, petroselinum, hyssopum, Maioranam, saluiam, melle

mentham; cherefolium: & saturiam, in usu habebat: non minus quam cappares & asparagos, fructus porro frigidos, & humidos, ac pisces, illi in totum prohibebamus. A potu eam, quantum possibile erat, arcebamus: immo stiti quantum ferre posset, sustineret, consulebamus. Erat tamen potus aqua melis: cui salvia, aut cinamonomum erat admixtum.

Thermarum aquæ, hoc est, sulphureæ, aluminose, sal fuginose, & similes tametsi huic conueniant morbo, eis usi non sumus, quini predicta sufficerint: ita ut intra duos meenses sanitati fuerit restituta. Ceterum, quini bene ualeret, & extra domum hinc inde extret, ac nonnullos fructus uirides comederet, in eundem morbi relapsa est: et ita ab eo affligebatur, ut omnibus esset admiratio. Nam oecies & amplius paroxismo in die apprehendebatur; in quo corpus è cubili ferè eleuabatur, & membra omnia contra naturam mouabantur, conuellebantur: ac in contrariam partem trahebantur. Nam os in totum contorquebatur: & spinans ad nucham ferè uenire percepiebatur. Quin & oculi ita sedes suas occupabant, ut eos foras profilire assidentes timerent. Morbus rarus is est, & à paucis uisus. Multi porro assidentium, à demone malo agitari contendebant: & ob id nullis proficiuntibus idoneis adhibitis presidijs, Religiosis fuit commissa. Que postea paucis interiectis diebus diem suum obiit. Quin tamen paroxismus eam inuadere uellet, misere ac clamabat, persentiens non inquam à pede uno uel altero, aliquando à manibus auram ad caput ascendentem; raro tamen à particulari loco: quod à medico summo pere animaduertendum esse Galeys commendat.

X  
SCHOL

Eodem in corpore & para'y sim & cōuulsio-  
nem fieri posse : pro uaria neruorum affectio-  
ne : docuit Galenus uarijs in locis suæ doctri-  
næ : præcipue libris de locis affectis , ab eadem  
tamē materia pituitosa & frigida uterque mor-  
bus originem suam trahit. Sed in paralysi ner-  
uorum sit dissolutio , siue resolutio : in conuul-  
sione uero corum sit retractio , siue obrepletio-  
nem , siue inanitionem fieri contingat , ut exem-  
pla passim adducta satis testantur. Cæterum ca-  
uēdū est , in paralysis initio fluente scilicet mate-  
ria , calfacientibus multum , materiam collique-  
mus , & eam per uias à calore eodē latiores red-  
ditas , magis fluxibilem faciamus . Sed dubiū  
hic occurrit , cui nam parti oris torturæ medi-  
camenta admoueri debeant ? quod etiā à non  
nullis propositum sit , à nemine tamen , quod  
sciam , hucusq; satis discussum est . Proinde nos  
paucis rem habendam secundum Galeni dog-  
mata , & ueritatem ipsam nunc edocere cona-  
bimur . Oris distortio dupli modo fieri solet ,  
aut paralysi , aut cōuulsione spasmo dicto . Quā-  
do enim paralysi oris distortio oborta est , tunc  
neruorum resolutio præcessit in parte præcipue  
opposita . Verbi gratia , Dissoluuntur , & laxan-  
tur nerui , & musculi labri dextri , tunc necessum  
est neruos & musculos sinistri labri retractionē  
facere , ut refert Galenus libro quarto de locis  
affectis , capite de faciei affectionibus . Cuius rei  
causam

causam meminit libro de motu muscularum:  
quem oro per orium legatis. Difficile sanè quæ  
situm uidetur. Si uniuersum corpus in duas dis-  
sectum est partes, secundum duorum uentricu-  
lorum cerebri diuisionem: & in unaquaque par-  
te nerui suum munus obeunt, hoc est dextrī in  
dextra parte & sinistri in sinistra: Cur resolutis  
neruis, & muscularis labri dextrī, sit retractio ex  
eadem dextra parte: & non ex aduersa, ut tra-  
dit Galenus? Nos Galeni doctrina muniti, huic  
dubio dupliciter respondemus: primo quū ner-  
ui, & musculi in facie, aut labri parte altera re-  
soluitur, ex eadem parte ob ipsam nervorum  
resolutionem attractio fieri non potest: quia in  
totum nervi resoluti, laxati, ac exangues sunt  
facti. Secundo respondemus, quod nerui utri-  
que parti faciei inserti, ipsam faciem rectā stra-  
re faciunt: non minus ac freni habent equales,  
equum recto capire ambulare sinūt, nam si ea-  
rum alteram dissolui, aut laxari, vel disrupti  
contingat, ad contrariam partem caput equi re-  
trahi necessarium erit. Proinde quum altera faciei  
in parte nervus resoluitur oppositæ partis ner-  
vus retractionē omnino faciet. Nec minus i bra-  
chio hoc euenire uidemus. Si enim interni bra-  
chij musculi, & nerui sunt incisi, in sylvestrē par-  
tem brachium labitur, nō tantum sui pondere,  
quantum nervorum, & muscularum sylvestris  
retractione. Si uero sylvestris partis brachij mu-  
sculi, & nerui præscindi contingat: tunc ad ince-  
riorem partem, domesticam dictam, brachiū  
flecte-

flectetur; quia interni nervi, & musculi ad se brachium trahunt; ut Galenus latius libro à nobis citato, de muscularum motu, meminit. Sed ihs præscitis, ad institutum sermouem redeamus. Oris tortura à paralyssi, idest neruorum dissoluzione orta, duas habet notatu dignas partes, alteram dissolutam laxatam, & suis functionibus destitutam, quæ omnino remedium exposcit: alteram attrahentem, in quam tortura tendit: cui & si remedia admoueri debeant, non ea tamen diligentia, qua dissolutæ parti prædictæ. Quando uero oris tortura ab spasmo conuulsione dicta, quæ plerunque euenire solet, originem trahat, tunc parte attrahenti medicamen præcipue applicandum erit. In utraque tamen affectione neruorum origo roboranda, ac instauranda est. Sed quæreret diligens medicus, & qui ægros sic affectos præ manibus habet, Quomodo discernere sciām facile torturam euenientem à paralyssi, ab ea quæ per conuulsionem sit? Cui nos respondentes dicimus, easdem ferè inter utraque has affectiones, dissimilitudines reperi, quæ inter apoplexiā, & epilepsiam reperiuntur. Nam paralyssi particularis est apoplexia: in qua cerebrum magis partitur: & consequenter nervus magis leditur: ita ut plerunque cum adsit paralyssi, motum membra affecti, aut sensum, interdum utrumque deperdi contingat. Quum igitur torturā à neruorum resolutione paralyssi dicta euenire contingat, in ea potissimum parte quæ resoluta est, & affici non appetat, alterum

terum trium(ut dixi)reperiiri necesse est: aut sensus, aut motus, aut utriusque amissionem: ut res fert Galenus libro primo de Symptomaū causis, capite quarto, & libro tertio de locis affectis capite penultimo. In ea uero tortura, quæ ab spasmo sive conuulsione fit, nullum horum trium deperdi necesse est. Propterea hæc exercitato medico opus habent: ut q[uo]d quoque consideret: An affectiones hæc per primogeniam affectionem, uel potius per consensum fiant.

## CVRATIO OCTAVA, IN QVA

ostenditur: quomodo dignosci debeat imbecillitas uirium per oppressionē facta,  
ab ea quæ per dissolutionem  
contingit.

**P**AULUS RACANUS nobilis Anconitanus aetatis sue anno secundo supra sexagesimum, causonide laborare coepit. Ad quem quum accederemus, & alij præsentes essent medici propositum fuit de uirium uitalium imbecillitate, in quam ille intra duos dies inciderat. An per oppressionem morbi granationem multi dicunt. Vcl potius per ipsarum solutionem, & dissipationem imbecilles factæ essent. Cum in hoc totius curationis scopus consisteat, non quod à uiribus indicatio desumpta in curatriū indicationum numerū ingrediatur: quum ab affectibus ipsis, Medici primo medendi indicationem sumere debent, uiribus tamen non neglectis. Ita enim Gale. libro nono Methodi medendi, capite tertio decimo, inquit, Prima omnium indicatio est, quæ à uirtute sumitur. Verum

non sic prima, ut quæ curationem doceat: quum ex numero curaticum indicationum non sit: Verum (ut ita dixerim) uitalium, siue quæ ad uitæ custodiam pertinent. Nam neque ut ualcamus, nec ut à morbis liberemur, ab ea quicquam primum desumimus: sed ut uiuamus. Additum autem in sermone est illud primum, quod ex accidenti aliquando uirtutis roboratio ad affectus curationem conductit. Hæc Galenus. Quæ ad institutum nostrū multum facere uidentur. Ex medicis igitur assistentibus, alter uirium imbecillitatem per solutionem siue dissipatiorem esse, nimirum hominis ætatem senilem; ac morbi malignitatem quam contemplaretur, factam dixit: Alter uero per oppressionem, siue morbi grauationem potius ortam contendebat: quia tametsi homo in ea constitutus esset ætate dicta optimi tamen habitus erat, & robustus. Vnde credere par erat hominem tam paruo temporis tractu, non ita ualenter resolui potuisse: sed magis ob morbi acumen, & materierum multitudinem, uirium imbecillitatem contigisse. Præualuit tandem hic, qui ob oppressionem, uirium imbecillitatem subortam esse acriter contendebat. Ac tenui adhibita uictus ratione, & factis debitis evacuationibus, ex forti causonide tertiana continua non admodum aeris redditum est. Tandem intra quatuordecim dies morbus ex toto absolutus fuit: et aeger ad pristinam uletudinem regressus. Elapsò uero anno quum simili morbo, me absente, torqueretur, obiit.

## S C H O L I A.

*Deridet Hippocrates, sui temporis medicos,  
ut qui uirium imbecillitates discerneat nescirent,*

libro

Jibro secundo de ratione iuctus in morbis acutis, texiu quadragesimo octauo. Ex quo virū robur tripliciter imbecillitari deprehēdit. Vno modo per inanitionem: hoc est, post largas habitus euacuationes, ut sanguinis, undecunq; ex corpore fluentis, alii, excrementorū, uomitus, sudoris, & alias: quibus inediā adiungere est: sed quæ per halitum fieri contingit: Veluti ea quæ ex morbis longinquis & diuturnis oriri solent: in quibus spiritus delitescunt, & resoluuntur. Secundo modo, ob morbi malignitatem, qui spiritus lancinatur: ac breui ipsos in halitū dissoluit: qui modus ad primum, imbecillitatē ordinem reduci meretur, quum in viraque imbecillitate spirituum maxima contingat dissolusio: & ob id refectione, sic affecti indigent, ac cibari quam celerrime expostulant. Tertio modo virium robur imbecille enenit per oppressiū, seu morbi grauamen. Id quod ex plethora, uel humorum multitudine s̄xpe fieri deprehendimus. Quæ virium imbecillitas, euacuatione maxime indiget, & curatur. Vnde Galenus hæc enarrans, citato libro, enarratione, 49. succincte admodum, tres hos imbecillitatis modos complexus est. Vbi (ut obiter hoc ait ingam) ab Hippocrate, ex Galeno ipso, conclusum est, quod Medicus imbecilles vires ob dolorem, ac morbi acumen, seu per oppressionem dictas, habenti iuctum copiosiorem quam decet, portrexerit. Arbitratus imbecillitatem illam per solutionem, ac inanitionem euenisse, grauius errat,

C quam

quam si imbecilles vires ob inanitionem & dissolutionem habenti, putans per oppressionem factas, inediam permiserit. In utroque enim casu error committitur. Sed in primo grauior: quia quod plus est oblesiones interdum inevitabiles facit: quia eius quod ingestum est superfluitatem auferre difficile est: nec est in manu nostra eam expellere: & eo magis, in morbis acutis. In altero uero easu, ubi minus quam opus erat offerebatur, & vires labi videbantur, non ita difficulter error emendatur, immo malum hoc facile corrigitur, imbecilli facto, nutrimentum trahendo. Quanquam errores commissi in hoc secundo casu grauiores ab Hippocrate censentur, quam ijs, qui in primo casu contingunt: ut latius libro primo Aphor. quinto disseritur. Cæterum, quæ runt medici, quibus notis, imbecillitas una ab altera dignosci possit: Cui quæsito respondent aliqui. Quod imbecillitas per dissolutionem facta in longo plerunque fit tempore; quæ uero per oppressionem sive uitium grauatione evenit, breui, & quasi subito fit. Sed mea sententia responsum hoc tameisi uerum sit, in uniuersum non arrideret: quia uel pinguis Mineruæ medicus, imbecillitatē ex longo morbo contractam, aut ob aliquam notatu dignam euacuationem ortam, dignoscet: & eam quoniodo tractare debeat, sciet: Sed longe quæsitus nostrum aliud est: in quo proponitur, si febri acuta laboranti, Vires breui, & repente, imbecilles sunt redditæ, quibus notis dignoscemus imbecillitatem

cillitatem illam esse factam per oppressionem,  
uel potius per dissolutionem: quia in hoc totius  
curationis scopus consistat. Nam si imbecillitas  
per dissolutionem, & spirituum resolutionem;  
ob morbi malignitatem facta sit, spiritus uictus;  
& potu quamlibet refici postulant: & ab euacu-  
atione omnimoda recedamus, clamant: prae-  
sertim dum uires resecte non fuerint. At si ui-  
rius imbecillitas ob dolorem, siue morbi acu-  
men, hoc est, per oppressionem contingat, tunc  
a cibaris, & edulis quammaxime abstinentiam  
erit. Et circa moliendas euacuationes uniuersa-  
medendi cura dirigiri debet. Sed quia Hippocra-  
tes summus medicus, citato libro de ratione ui-  
tus in morbis acutis, nec alibi (quod sciamus)  
haec non distinxerit, librum alioqui promittens  
de morbis acutis, in quo haec ad amusim ab eo  
edoceri deberent, qui & si forte ab eo inscriptus  
fuit, ad nos tamen non peruenit, nec hodie extat:  
idecirco ueras & indubitatas notas, hucusq; me-  
dici plures non tenent: quibus saltē imbecilli-  
tatem unam ab altera discernere queant. Nec  
Galenus medicinę ditissimus Oceanus, inibi, aut  
enarrator aliquis uera signa per quae dissimili-  
tudo, aut disparilas inter unam, & alteram im-  
becillitatem deprehendi posset, unquam memo-  
rrix euocauit. Propterea nos lectori gratum fa-  
cere putantes, minime grauabimur ad presens;  
signa haec, quibus uirium haec imbecillitates di-  
scernuntur, paucis exponere: quum uera, & in-  
dubita, ut potè ex Galenianis dogmatibus de-

cerpta sint: libro suæ introductionis in pulsus. Vbi potissimum de causis pulsuū agit. In quo ita pro Epitome, inquit, porrò causarum omnium præier naturam, aliae quidem vires vitales ueluti soluunt, & dissipant: aliæ autē ueluti præmunt, & grauant, ac soluunt quidē alimenti inopia, morborum malignitas, eorumq; aut diuinitas, aut uehementia: præterea affectus animi immodici, nec nō uacuationes imoderat. Opprimunt autē tum ipsa materię copia, tum instrumentorum affectus, inflammationes uidelicet, scirrhī, tumorum moles, abscessus, & corruptiones uariæ. Solutæ itaque vires paruum languidum ac frequenter pulsū efficiunt: Pressæ vero pulsus mutant, quum in reliquam omnem inæqualitatem, & ordinis confusione, tum in eam quæ in uehementia spectatur: & magnitudinē. Nam inæqualitates hæ oppressarum virium maximè propriæ existunt. Quinetiam in eiusmodi affectibus, motus quidam funditus pereunt, aut intercidunt. Cæterum qui intercidunt, minorem, qui pereunt, maiorem lessionem indicant: & cætera. Hactenus Galen. Qui paucis iis citatis uerbis rem ex toto comprehendit: indicatq; ubi virium imbecillitas ob dissipationem, ac resolutio nem est facta, quod tunc pulsus cōtinuus est paruus, languidus, ac ualde frequens. Vbi vero virium imbecillitas ob oppressionem, siue grauationem comperitur, tunc pulsus uarius est, ac confusus, quia aliquando funditus perit: aliquando intercidit, aliquando subleuatur. Nec minus

illi euenit, quam baiulo onus ferenti: qui quum plus à pondere quā pro virium suarum rationē grauatur, aliquando opprimitur: aliquando intercidit: aliquando subleuatur: interdum in variis torquesur motus. Hæc enim sunt signa, quibus medicantibus prædictæ discerni debent imbecillitates. Quæ diligens, ac exercitatus medicus ante oculos signata habere debet. Cæteras uero notias huic rei facientes, ex ipso morbo, tum ex ægrotantis corporis raritate, aut densitudine decerptas: consilio prætermitto. Quæ & si fallaces non sint, à pulsu tamen desumptæ, quām uerissimæ, & indubitate, si rmæ, & rapiæ habentur. Porrò quum de Virium vitalium robore cum Galeno hactenus tantum locuti sumus: sit operæ premium est, quum primum ad ægrotatem accedit medicus, & naturales & animales vires maximè contempletur.

CVRATIO NONA, IN QVA AGITUR  
de quadam spasmī, siue conuulsionis  
specie, Emprothotonō dicta.

**V**ir quinquagenarius ad me uenit: qui caput, et cervicem in pectus ita contracta habebat, ut ea attolleret, uel ad unum, uel alterum latus mouere non erat possumibile. Dicitur autem morbus hic Græcis Στρασμός εἴη πρωθότονος, latinoribus uero tensio, siue ad anteriora conuulsio. Qui quum remedium peteret, cum alijs commisimus medicis. Iter enim in Florentiam parabamus: ubi primam harum medicarum curationum nostrarum

centuriam, typis excudendam dedimus. Cæterum, morbi  
num hunc nunquam antea, ut ingenue fatear, uide-  
ram; Cui, eadem que spasmus, idest convulsioni, curatio  
debetur.

## S C H O L I A.

Spasmus, siue convulsio is morbus dicitur,  
quum nerui, ac musculi præter uoluntatem cō-  
uelluntur, in eamq[ue] dispositionem ueniunt: quā  
& in motibus secundum arbitrium factis af-  
sumperunt. Cuius tres sunt species, prima nēta  
vos dicta; quam latini dislentionem uocant: Cel-  
sus uero rigorem. Et est, quum ceruix unā cum  
reliquo corpore immobilis manet: & in neutrā  
Inflexitur, sed iuxta in uirante partem recta,  
intenditur. Secunda species οὐ πλεαστόνος uoca-  
tur: latinis uero tensio ad posteriora. Tertia, de-  
qua agimus est. Εὐπλεαστόνος dicta: quum ca-  
put, ceruix, reliquumq[ue] corpus in pectus con-  
trahitur: quam latini tensionem ad anteriora ap-  
pellare solent. De quibus, quum dabitur occa-  
sio, plura dicenda sunt. Sed ecce, quū hæc scri-  
bimus. Racanatensis quidam uir, ad me uenit,  
consilium pro quodam similem morbum patiē-  
re, petens: nam ad thermas eum missere con-  
tendebat.

## CVRATIO DECIMA, IN QVA

agitur de quadam muliere per uuluum  
stercus omittente.

Vxor

**V**xor nobilis uiri Antonij Brindizes, quum per quadu  
tuor annos cum lotio, & stereore sanguinem emitte-  
teret: ac parum de hac re sollicita esset: quia nullum inde  
dolorum persentiret: tandem corrosis intestinis, ac perso-  
ratis, per uuluan stercora misere emittere coepit: que sic  
nullo praesidio conferente, fæde confusurata longam ui-  
tam duxit, & tandem obiit.

## S C H O L I A.

Morborum initij obssistere necessarium est.  
Nam quum morbi suas complatarunt radices,  
difficulter à medicis auelluntur, ut saepe Gale-  
moniuit. Fuit enim morbus hic, ex quo mulier  
hæc decessit, diuturna dysenteria: quam latinio-  
res intestinorum tornina appellare solent. Pro-  
inde credere par est, intestinorum erodentia ul-  
cera nō solum intestina ipsa depasta esse, sed etiā  
urinæ uias: ex quibus quoq; sanguis effluebat

CVRATIO VNDECIMA, IN QVA  
agitur de quodam: qui ob lapsum urinam  
retinere non poterat.

**Q**ui cypressum arboreum altam ascendit iuuenis, ut  
ex eo baccas pro deodio colligeret, ex ea cecidit.  
At quum grauiter ex lapsu ipso afflueretur,  
& multa pati dicaret, inter cetera, urinam continere  
non posse meminit. Cui occurrentis subito uenam medianam  
nigrum brachij dictam pertundere, & sanguinem fluere  
ad uncias octo feci. Sed quum ad dies aliquot bene haberet:

40. AM: LVS. CVR: MED.  
ret: lotium tamen retinere non posse conquerebatur.  
Quam affectionē cum intimius aduerterem, menti occurrit, quod, quia super spinam iuuenis hic lapsus est, eius ultima uertebra male fuit affecta: à qua uerius uestigiam constringendi uim habens originem dicit: qui attritus, ac laxatus fuit. Vnde consequens fuit ob ueruum istum attritum, ac laxatum, uestigiam quoque laxari: & urinam non retinere. Debitis igitur medicamentis uertebram, ac laxatam ueruum roborantibus applicitis, paulatim conuaccere coepit: donec integrum consecutus fuit sanitatē.

### S C H O L I A.

 Huic similem historiam citat Antonius Be-  
niuenius Florentinus, libello suo de abditis mor-  
borum causis: quam in muliere confecisse qua-  
dam tradit.

### CVRATIO DVODECIMA, IN QVA agitur de imbecillitatis uentriculi curatione.

I Vuenis natus annos quinque supra uiginti ab omni-  
bus, ob eius raras dotes in pretio habitas, nam trium  
linguarum peritisimus erat: & cum eloquentia ipsa sa-  
pientiam coniunctam habebat: in stomachi debilitatem,  
ac dissolutionem (ut sepe studiosis eueniire contingit) in-  
cidit. In eo plerunque dolorem sentiebat: parum conco-  
guebat naufragiūdus perseverabat: & cibum, ut uni-  
co concludam uerbo, raro cipiebat. adeo ut in atrophiam  
ipsum deuenire, timor esset. Ad quem quum conuenisse  
tus, illi p̄ plures dies mel rosaceū collatitium, cū æquali  
niue

miuæ cydoneorum completæ portione, asque alicuius rei alterius mixtione propinauimus. Tādem triplicata purgatione per hyram picram Galeni, assiduo potu uini ex absinthio confecti, & nonnullis fortis admotis, stomachū roborantibus medicamentis, integræ sanitati, intra mē sem fuit restitutus.

## S C H O L I A.

Familiaris admodum studiosis stomachi imbecillitas est: quæ ipsos plerunque insequitur, ut umbra corpus. Ad quam consequuntur ciborum eruditas, ructus acidi, naufragia, vomitus nondorosi, fastidium, & atrophia: id est totius corporis summa macies, morbus. Quam stomachi imbecillitatem nō aliter Galenus, quā in præsenti nos describimus, curat: ut ex libro de locis affectis, quinto capite, de Foris uentriculi affectionibus, & libello de Thériaca ad Pisonem, in curatione Arrixæ cuiusdam sibi clarissimæ, ac Platonice philosophiæ, maxime deditç mulieris, colligi poterit.

## C V R A T I O . T E R T I A D E C I M A , IN

in qua agitur de quodam, qui ob suppressum sanguinis fluxum per Hemorrhoides consuetum, in sanguinis screacionem αίμοντι οι Græci dicunt, deuenit.

**P**Er Hemorrhoides probus, & singularis doctrine Vir Angelus de Prato, sanguinem copiosum emitte

re solebat, cui quum multa peracta essent remedia, et san-  
guis ex toto cohabit. Consequens fuit, sanguinis reie-  
ctatio ueris statuto die illi superueniret. Qui quum gra-  
uiter morbum ferret: ex phtisis aductum timeret: nos ad  
se accersiri fecit, remedium pro hac curanda affectione,  
inquirens. Cui nos mox multa contemplantes sanguinem  
extrahere ex interna brachij uena fecimus: & bene ha-  
buit. Cæterum singulis sequentibus annis, antequam mor-  
bus ipsum inuaderet, uenis ani, hemorrhoidalibus dictis,  
Hirudines nostro consilio admouere faciebat, ac sanguine-  
m per eas quoad hirudines deciderent, & sanguis ex se-  
co hiberetur, fluere nobis persuadentibus, permittebat.  
Qua sane diuersius euacuatione, homo absque sanguinis  
ex pectore reiectione fauus, & incolus perseverabat.

## S C H O L I A .

**H**uic similes affectiones Galenus curasse me-  
minit: ut libris de Venæ sectione: & Methodi  
medendi: ueluti quinto de locis affectis, capite  
primo, apud ipsum legeret est.

C V R A T I O D E C I M A Q V A R T A , I N  
qua agitur de Catalepsî, id est, cōglatioue mōrbo.

**Q**uasi in somnum solitus deceunbebat iuuenis ad  
quem celeres inuisendum, accessimus. Cuius oculi  
patebant, & eorum cilia immota, ac rigida per-  
manebant. Nec ab affidentibus incitatus respondebat, aut  
motiebatur: immo immotus, & inconciuentibus oculis,  
(ut dixi) manebat. Totus rigidus, ac congelatus sta-  
bat:

bat: ut merito iuuenem hunc, catalepsī, hoc est, congelatio  
ne premi dicere consentaneum sit. Anxijs igitur pro hoc  
ad salutem reducendo iuuenē, in mēntem subit, Morbum  
hunc Galeni sententia, ab intemperie cerebri frigida sicc  
ca fieri. Et ea de causa, calidis moderate, & humectanti  
bus sumptis, & admotis curari: ueluti iunctione olei se  
samini, sambucini, lilini, & chameleinī, adiecta inter  
dum in singulis horum libris, uncia una Euphorbij, aut ca  
storei, aut ex ijs confectis oleis, prædictis admixtis: ut ru  
taceo quoque, ex spina confecto, costino, laurino: & simi  
libus. Item, quia morbus hic capitū: posteriores potissi  
mum occupat partes, illis subuenire maxime solicii era  
mus. Depositis igitur capillis, uniuersum eius caput præ  
dictis oleis inungi fecimus, à debilioribus initium sumen  
tes, præcipue à lilino: quod proprietate sua iuuiatum ca  
lidum uiuificat: & contra morbum istum singularē uim  
obtinet. Deinde uero ad decocta pro fotu, ex stechade, sal  
via, rore marino, maiorana, melilotō, & chameila, in  
uino parata denenimus. Que omnia antecesserant frictio  
nes & cucurbitulae propè nucham, & scapulas admotae:  
Nam & naribus castoreum uino maluatico dissolutum,  
applicabatur. Quibus ad se redist: & tanquam mortuus re  
uixit. Cui postea conditū hoc propinauimus, et ita habet.  
Recip. Specierū, Pliris arctici,

Aromatici rosati	
Diacinnamomi	{ an.scrup. 1.
Diambræ	
Letificatis Galeni	
Piperis longi	
Nucis moscatæ	{ an.drach.s.
Gariophyllorum.	

Cum

Cum tribus uncis sacchari, in aqua roris marini dissolutis, fiant orbiculi, rotule dictae. De quibus in aurora, et interdiu gustet: et desuper uinum maluaticum, aut potus aliquod fuluum, aut pallidum bibat. Testatur autem Galenus libro tertio Simpl. capite decimono, huiuscemo<sup>d</sup> di uini potum, catalepsī laboranti summopere conuenire quod uinum, Græcis κιρέων dicitur. Et id Aueenna, capite de iuenis frigidis commendat: quum uiu quandam uiuificandi obtinere tradat. Ceterum is quum bene habere coepit: eum ne in comitiale morbi caderet, eo modo quo melancholici curatur, tractauimus: et secur pseuerauit.

## S C H O L I A.

Catalepsis latinoribus detentio, & deprehensio dici potest: à recentioribus congelatio appellatus morbus: qui subito euenit, & mentis tum corporis sensum & motum priuat: ac in ea dem figura ægrum sincere permittit, in qua ante accessionem erat. Verbi gratia, si prius æger se debat sedens permanet: si genua flexa habebar, genibus flexis permanet: si os apertum habebat, apertū manet: plerunque tamen oculis aperiatis æger manet. Quia musculus crassus, palpebrā superiorem aperiens, contractus, ac rigidus, & gelatus est redditus. Quippe animalis spiritus concretus intemperie frigida & sicca, non solū in cerebro, sed omnibus corporis partibus efficitur: quo sit, ut uniuersum corpus sensu & motu priuetur. quia quum concretus sit, ineptus ad illustranda neruosa corpora est redditus.

Et

Et hæc est causa, ob quam somnus in hac affe-  
ctione non fit. Quia spiritus animalis à nervis in  
cerebrum non reuocatur; cæterū manet in hac  
affectione ueluti in caro. Subiecta passione di-  
cta, respirādi quædam facultas, ab illæsis adhuc  
spiritibus quibusdam, ob uitæ necessitatem, re-  
spirationi potissimum seruientibus. Conuenit  
igitur affectio hæc cum apoplexia in hoc, quod  
communem sensus, & motus priuationem ha-  
bent. Sed differunt: quia in hac de qua agimus  
affectione spiritus concreti, ac congelati ob in-  
temperiem frigidam & siccam sunt, & proprijs  
suis locis intercipiuntur: ac quieti manent: im-  
mo ad sensum & motum præbendum iuèpissi-  
mi. Vnde mēbra rigida, ac stupore affecta euā-  
dunt: & eundem seruant situm, ac figuram, quā  
ante accessionem habebant. In Apoplexia vero  
neruorum fit obstructio, & obstaculum quod-  
dam. Ob quæ spiritus ipsi quasi carcere detinē-  
tur: unde ad corpora nervosa permeare nō pos-  
sunt: & consequenter nervi laxantur, & resol-  
uuntur: ac mouendi, & sentiendi membra facul-  
tatem amittunt. Ut cuncti tamen in apoplexia  
decensi spiritus, integri nulla concretione affe-  
cti sunt, unde corpus alterum situm, & figuram,  
ab ea quam in accessione habebat, desumere po-  
terit. Solet autem affectio hæc in morbum co-  
mitialem Epilepsiam dictum, aut hoc grauiorē  
apoplexiā terminari. Qui quia ab intemperie  
frigida siccā, ut Galeno libro secundo Apho-  
rismo, tertio placet, fit hæc morbo correpti tan-  
quam

quam melancholici tractandi sunt, ut in hoc motu fuit iuuene.

**CVRATIO DECIMA QVINTA, IN**  
**qua agitur de Catocbo, idest sopore uigilante, siue**  
**dormitione uigilante, dicto morbo:**

**P**er opportune hic occurrit Nicolai mulier facie uenusta, octo supra decem nata annos: que quum febris maligna, & pestilentia affligeretur medicorum iudicio, catochos morbus illi superuenit. Nam & dormiebat, & uigilabat. clausos namque habebat oculos: & interdum interrogata eos aperiebat: ac turbulenter loquebatur. nec recte respondebat. Sed quicquid primum in buccam occurrebat, effutiebat. Eius pulsus frequens, celer, ac parvus erat: lotium uero turbulentum iumentorum. similitudine. Cui pro eius recuperanda ualetidine, quater sanguis extractus fuit: & eucurbitule scapulis admotus, ueluti propinata medicamenta tum alterantia, tum purgantia, ac roborantia. Quibus omnibus, ac uarijs admotis topice medicamentis, intra uiginti dies sanitati fuit restituta.

**SCHOLIA.**

**X** Tame si catalepsis, & catuche Graece uoces, communis utriusque significatione, deprehensionis nem, siue mentis detentionem indicent: Morbi tamen inter se satis sunt differentes. Est enim catalepsis morbus, quem iuniores medici congettationem appellant: de quo superiori curatione sermo habitus est. & de eo Paulus Aegineta li-

bro

bro tertio suæ medicinæ, capite decimo adhunc  
 modum tradit, Dicunt etiam priuatim, diver-  
 sumq; à uigili comate catochion fieri, cum sim-  
 plicem non mixtam habebit causam, nimis  
 frigidorem, sicciorēmq; materiam: quæ poste-  
 riore cerebri ventriculo replete malum hoc ex-  
 citarit: qno qui corripitur repente, in illo per-  
 manet habitu, quo correptus est: stans scilicet,  
 uel sedens, clausis oculis, aut respiciens. Quam  
 ob causam antiquiores Græci hoc detertos mor-  
 bo catochos uel catochomenos, quasi dicas oc-  
 cupatos, deprehensosq; nominauerunt. Recen-  
 tiores affectum foeminino genere catochien, &  
 catalepsim, ueluti detentionem, & deprehensi-  
 nem, & cætera. Galenus porrò hac laboranti  
 affectiōe, in isagoge, siue in pulsus introduc-  
 tione, talem describit pulsū. quum dicat, pulsus  
 κατόχων, (Veteres enim τοὺς κατέχομενούς, idest  
 irretitos, ac detertos κατόχων appellabant).  
 Iuniores autem affectum ipsum nominant κα-  
 τόχων καὶ κατάληψις: cætera quidem lethargi-  
 cis sunt similes, magnitudine, tarditate, ac ratita-  
 te: quemadmodum & totus affectus à lethargo  
 specie non multū discrepat. κατόχων tamen pul-  
 sus non imbecilli, nec molles: sed in his uel mul-  
 tum dissident: quemadmodum certe & quod  
 in lethargicis quidem totus habitus est solutus;  
 ac tumens: Catochis uero constrictus ac coa-  
 ctus. Simili modo & inæqualitate, ac æqualita-  
 te inter se disperant. Nam κατόχων pulsus esse  
 æqualis: lethargicorum uero inæqualis. Archis-  
 genes

genes autem ait, locum arteriæ peculiariter in  
ipsis calidiorum insueniri: quomodo in ijs, qui  
cum cataphora, conuulsione sunt incursum.  
Hæc enim Galeni in totū catalepsi, hoc est, cōge  
lationi morbo resensioribus dicto, conueniunt:  
unde Andreas Lacuna Secobiensis. contempor  
neus noster, Vir omnium uotis doctissimus, ac  
ingeniosissimus, in Galeno à se in Epitomen ver  
so prudentius fecisset, si hæc catalepsi, morbo  
congelationi conuenientia dicasset, quam caro  
cho, hoc est Vigili comati. Primo enim Gale  
nus libello citato, ac libro quarto de causis pul  
suum, de catocco, idest comate vigili, siue dor  
mitione uigilante sermonem facit: deinceps ve  
ro ad catalepsim siue congelationem morbum  
accedit. Cui ramen ipse Lacuna in totum aduer  
satur, alterum pro altero describens morbum:  
ut quisque marginales annotationes suas legēs  
facile deprhēdere poterit. Sed errorē hunc, ut  
in genue fatear, typographi potius incuria, quā  
tāti uiri negligētia irreplisse putarē. Facilis autē  
lapsus est, quæ uni debentur loco, alteri collo  
care: præsertim in marginalibus annotationi  
bus. Cæterum catocco uel catocha, coma uigila  
ns, ut dixi, interpretatur: uel, ut alijs placet,  
dormitio uigilans: morbus in quo æger & dor  
mit, & uigilar. Quia ex duobus contrarijs con  
flatur morbis, lethargo scilicet, & phrenitide: ut  
testatur Hippocrates libro quarto de morbis  
popularibus non longe à principio: ubi morbi  
hunc stupidam insomniam appellat. Quippe à  
bile

bile flava largiore, cum pituita etiam largiore in cerebro permisisti sit. Quarum illa, quum calida sit, & secca uigilias inducit. Hæc uero quum frigida, & humida somnum cœciliat magis, & minus, pro uincientis materiæ quantitate, & qualitate. Potissimum autem in utroque hoc morbo catalepsis & catoche, posteriora cerebri magis molestantur: ut tradit Galenus libro quarto de locis affectis. Qui sæpe pestis tempore evenit. Et ab Italib[us] malū de Mazuchio appellatur. Ab Hispanis uero malum de modorra, aut modorilla. Medius est enim morbus hic (ut dixi) inter phrenitum & lethargum morbum. Nā quū lethargi morbi materia suprat, sopor uigilans morbus dicitur: Græcis catoche. Quū uero phrenitidis, uigilas cœnia, siue uigilas sopor appellabitur: à Græcis uero ἀγρυπνοι κῶμαι. At si ex que utraq[ue] materia patientis cerebrum afficiat, nomen nouū excogitare decet: quum nullum hucusque nec à Græcis, nec Latinis illi impositum sit. Plerunque tamen in hoc morbo uiriae apparent perturbatae, quales sunt iuumentoru[m]: ut resert Hippo, libro quarto Aphoris. sepiuagesimo. Hoc ratiōnen morbo affectis, pullus tales insunt quales Galenus libris citatis describit: quum tradat, sā etiam aliis est affectus, qui siue medio loco posnendus sit inter lethargum, & phrenitum: ut qui cum neutrō in totum conueniat; siue communis esse anib[us] existimandus: ut ex phrenitidis speciebus, & lethargi mixtus, suo loco considerabimus. Nam de eius hic pulsibus agemus.

At ne quasi ænigma quoddam propositum sit:  
per signa q̄ cū eo sunt connexa , eū oboculos  
ponā: connivent ferè oculis: somnolenti sunt:  
atq; steriūt: rursus oculis fixis, ac īcōniuentibus  
diutissime, ut catochi, (intellige ut catalepsī affe-  
cti) intuentur: & si quid roges, atque ad collo-  
quium compellas, difficiles sunt , & tardi ad re-  
spondendum. Plerūq; etiam stulte loquuntur:  
nec recte respondent: ac tenere nugantur. Is  
est affectus quem dico, qui ex signis sibi adiun-  
ctis defectu proprij nominis cognoscitur. Pul-  
sus eius celeres sunt, & crebri, perinde ut phreni  
ticorum: minus tamē. Et roboris item minus,  
ac illi obtinēnt. Latit autem sunt & breues , ex-  
ternū motum non habent subito truncatum:  
sed alio modo ueluti intro se proripiētes sub-  
terfugiunt, ac concitant contractionem, & qua-  
si suffurantur disensionem . uerum in ea pulsū  
phreniticorum non sunt similes , quod trunca-  
tione illa careant. Hæc ergo Galeni signa in to-  
tum respondent illis, quæ iuuenis in hoc patie-  
bat morbo . Cæterū Leonardus Fuchsius Ger-  
manus in sua de curandis ægritudinibus praxi,  
de catalepsī, & catochia , magna inaduertentia,  
sub eodem capite, quasi de uno tantum morbo  
agens , sermonem commisit : Sunt enim reuera  
longe diuersi morbi, ut ex dictis liquido cōstat.

C V R A T I O D E C I M A S E X T A, IN Q V A  
agitur de quodam, qui quum ab scabie per linimentū cu-  
ratus fuit: in quandam faciei , et labiorū incidit fœdam  
affec-

affectionem. Simulq; de propināda aqua lactis.

Per natus avios quinque quum scabie scateret, eius  
mater ipsum linimento quodam inunxit: à qua inun-  
ctione quum muridus, & scabiæ liber evasisset, ad eius fa-  
ciem humor quidam calidus ruere coepit, ipsam, unâ cum  
labijs, & uarium parte, in flatam, & tumore leuatâ red-  
dens. Que inflatio sepe pustula propè nares oborta de-  
litescebat. Sed postea interposito tempore, repullulabat.  
Nullis igitur adiutus præsidijs, sic hac affectione ad iuu-  
tutem usque molestus peruenit. Qui quum ad nos accede-  
ret: & remedii contra morbum diuturnū, facie fædantē  
peteret, ipsum temperatura biliosum uotauimus. Ac mul-  
tis i. a. usum pro morbo propulsando medicamentis, inter  
que & Guaiaci decoctū citabat: & thermarū aquas, ne-  
luti plures sanguinis missiones, ut cucurbitulas scapulis  
adnotas ario hirudines, masticatoria, Errbina medican-  
ta, & huicmodi diversiones alias. Protinus igitur ad  
opus accedentes hunc seruauimus ordinem, quem in me-  
dium afferre non grauabitur: ut deinceps alijs pro simili-  
bus deponendis affectionibus exemplum habeant. Insta-  
bat autem, ueris initium quum hac moliebamur, & optic-  
mo uictus ordine instituto: sic incepimus.

Rccip. Syrupi Endiuix

Cicoreæ s. } an.unc. f.  
Lupullorū .

Decoctionis sene. unc. 4. misce fiat syrups: quem  
in aurora bibat. Ebibitis autem tribus syrups, sanguis  
ex uena nigra brachij dextri ad uncias octo mittatur.  
A qua sanguinis missione, singulis tribus diebus sequenti-  
bus, singulos quoque syrups iteret: ac sequentem bolum.

D 2 die

die sequenti deglutiat: qui habet. Recip. floris cassiae re-  
cens extractæ unc. i. & s. cum saccharo fiat bolus, quem  
ieuno stomacho ante prandium per horam cum dimidia  
comedat: post hæc uero ad aquam lactis deuenimus, in cu-  
ius propinacione hunc seruauimus ordinem.

Recip. Aque lactis caprini                          unc. 50.

Sirupi acetosi. S. multæ acetatis. unc. 3.

### Misc.

Et ebulliat ebullitione una; quam mane postquam è lecto.  
exiuenterit. & omni superfluitate expurgatus fuerit, decan-  
bulando per integrum horam paulatim more aquarū me-  
dicatarum sumat: & cibum ad quatuor horas tardet. Sin-  
gulis diebus prædictam quantitatē sumendo. Elapsis  
uero quinque prioribus diebus à scri potu computando,  
cephalica dextri lateris fecetur, & ad libram medianam  
sanguinem fluere permittito: ac ad decimū quintū diem,  
in huius scri potu perseveret, in fine quorum prædictum  
cassiae bolus eo modo dicto repetat. Et post purgationē,  
totam iccinoris regionem, ac lumbos secundum longitu-  
nem, unguento rosato recenti eiusdem anni inungat. Item  
per totum annum cōditō rodosaccharo, & buglosacco ad  
unciam unam in aurora utatur. Et quanto frequenterius  
assumpserit eo melius erit. Non minus rhabarbaro semel  
in hebdomada saltem utatur: ipsum mandendo, ac deglu-  
tiendo pondere semidrachmæ. At initio augusti ad bal-  
neas ipsum misimus, ex aquis potissimum frigidis ferreis,  
quales sunt Luccenses, ac Caldericj, in agro Veronensi. Sed  
Septembri mense purgatio, ac lactis aquæ propinatio,  
repetitæ fuerunt. Quibus omnibus, intra duos annos,  
sanitati fuit restitutus, nec amplius in hanc foedam in-  
cidit affectionem.

Scholia.

Interea medicamenta , quibus olim antiquitas pro cienda alio usus est , aqua lactis adnumeratur , cuius dosis ad heminas , hoc est libras quinque accedebat . Proinde mirari non est , si nos hodie quoque ad Priscorum imitationem , pro hac levanda affectione , & corporis mala in temperie domanda , eo dicto modo usum simus : Habita ægrotantiis ætate , coeli temperie , affectione , ac temperatura . Valet autem aqua lactis ad inueteratas papulas , & uaros liuidos , & uitiosos sub cure humores , uelut lepras , scabies , ulceræ ueteræ & effterata . Quæ & pueri , & mulieri , & seni , circa omne periculum exhibetur . Et in caniculae æstibus intrepide datur : quia natura sua lenis , ac frigida est : ut in nostro abunde diximus Dioscoride . Carterum aqua lactis uarijs alijs modis contra cutaneas affectiones parata exhibitur , ut floribus sumierræ , borraginis , buglossæ , senæ , lupulorum , rhabarbaro & similibus admixta . Sed potissimum aeri nocturno exposita , in qua Galenus scamonium immittebat : & clanculum inuitos homines purgabat , & sanabat : ut libro decimoquario Methodi medendi , capite septimodecimo legitur .

CVRATIO DECIMA SEPTIMA , IN  
qua agitur de muliere enixa , que sanguinem  
menstruum per narcs , & os mittebat .

**V**XOR hominis Germani, qui ad tabernam habitat,  
uteru gerebat septimo mense magno capit is dolore  
cruci abatur: pro quo leuando, cucurbitulas scapulis, cum  
scarificatione affigi fecimus. Sed uesperi puerum pepe-  
rit, & febris ardeus illam inuasit. Nihil pyrgabat: mul-  
tum sitiebat: anxie agebat: res in dubio erat. Sequenti uero  
die, quum saphena pedis uena facta esset, & sanguis  
exiret, interpositis paucis horis per os & nares sanguis  
menstruus illi copiosissime effluxit. Post cuius fluorem  
capitis dolor remitti coepit, & symptomata omnia mi-  
nui. Sequenti uero die, cucurbitulis foemini bus admotis,  
et syrupo de bisatijs siue aceto, sape cibito, ac alijs retra-  
ctionibus adhibitis, sanguis diuerti & retrahi coepit: ac  
sic rectam uiam secutus fuit. Quu uero menses fluerent, se-  
sanam dixit, & basilice perseverauit: at cius puer obijt.

C V R A T I O D E C I M A O C T A V A , I N  
qua agitur de quodam qui re Venerea uti  
non poterat.

**S**ALAPHATINUS Hæbreus, natus annos quadraginta, bo-  
ni habitus uir, ex Bruzia propè Cōstantinopolim,  
inclita ciuitate Anconam uenit: remedium quærens quo  
potissimum liberis operam dare posset. Cū uxore etenim,  
ob genitalium membrorum imbecillitatem, rem iandiu-  
nou habere querebatur: & eo magis quia liberis care-  
bat: quos summopere optabat. Inositum enim unicuique  
est animali, sibi simile quasi à natura ad perpetuandam  
speciem, & propagandam sobolem instigato, producere;  
sed potissimum hominibus: & ex ijs, iudeis, qui in hac re  
ut uarijs alijs, superstitionisimi sunt: credentes utique  
corum

eorum animas post obitum, saluas fieri non posse, nisi masculos dimiserint: qui ad Deum, optimum, maximum preces fundant, ut parentum animas in cœlum euhere dignetur. Huic igitur ut suum assequeretur scopum, hanc illi perscrispimus Methodū, Primo per pharmacum corpus optimè purgetur: & optimis utatur cibarijs, & potu commendauimus. Nam absque Cerere, & Baccho Venerem frigere omnes norunt. Utatur capis, gallinis, fasianis, turdis, merula: pullis gallinaceis, auiculis sylvestribus. Sed potissimum passerculis salacibus: quos greci sua lingua τυργιτες appellant. ex quibus cerebella, ac quæ propè renes partes sunt, primatum optinent. Ex quadrumcibus hoodus, & ueruex præcipue numerantur. Sed & pisces in lege admissos concedimus, modo tamen calidos & bene paratos comedat: quanquam multi coriotecti, ueluti testa cooperti: libidinem incitent. Sed quia huic per religionem uictiti sunt, eos silentio præterire satius est. Cicer ex leguminibus ad rem multū facit: Veluti ex herbis Mentha, rapa sativa, Eruca, porriu[m], cepa, nasturtiu[m], orminum, satyriones, urtica, crocus, carduus, pinea, scolopintos dictus: cuius tam radix, quam calix echinophilos dicta expetitur: bulbus esculentus de quo martialis dicere solebat.

Cum sit anus coniux, & sint tibi mortua membra,

Nihil aliud bulbis quam satur esse potes.

X  
Quibus addere est Herisimum, cephalionem encephalum dictum, nostris palmitem, uel palme caput: de quo capite de Elate in nostro legitio Dioscoride. Ex fructibus nero, quos illi concedebamus, sunt uua, fucus, amygdala, pistacia, uua Sole exicata, nux indica: & alij plures silentio prætermisi. Sed ex conditis hoc potissimum

parare secinus, multum ad rem faciens, & ita habet.  
Recip Amygdalarum albarum. lib. s.

Pinearum recentium albarum. unc. 3.

Carnis scincorum renes amplectentis. unc. 2.

Radicum testiculorum canis, & vulpis in aqua  
primo coctarum. unc. 3.

Seminis erucæ. unc. 2.

Piperis longi. } an. drach. 2.

Cardamomi.

Mollis quantum sufficerit, ad ignem secundum artis mi-  
nisterium fiat conditum molle. & cum drachmis duabus  
specierum diamoschi aromatizetur. Cuius semiunciam  
quando uadit dormitum, comedat: & desuper parum ui-  
ni maluatici ebibat. Sed et membra debiliora facta, hoc in-  
ungebat unguento.

Recip. Olci lilini. unc. 6.

Pulueris stclionis. unc. 1.

Castorei. scrup. 1.

Nuci moscate } an. unc. s.

Piperis longi

X Ceræ citrine, quæ citum pro ratione linimenti sufficerit,  
misce: & ad ignem, ut decet, paretur. Cæterum multæ, et  
uaria pro hac compleendi operatione excogitari possunt,  
tam solidita, quam unguenta. Ex corditis autem prost. at  
in officinis, confectio Diasatyrion dicta: que recens pac-  
rata primas in hoc loco tenet. Sed ex citatis simplicibus,  
Marsipanes parari possunt. Ueluti rotule, conseruæ, cle-  
stuaria, & huiusmodi alia: de quibus & inunctionibus  
uarijs, si quis uulta scire desiderat: legat Actium, Sermo-  
ne undecimo, suæ medicinæ, capite trigesimo quinto: cuè  
titulus est, de ijs qui re Venerea uti non possunt. Et Aui  
cennam

cennam fēn uigesima libri tertij, capite. 15. & 16. &  
17. & 18. & 19. & uigesimo. At hodie Turchē libidi-  
nōst, suo Amphiorū ad incitāndam libidinem, in cibo fa-  
be magnitudine utuntur: qui succus herbæ cuiusdam est.  
Non uero papa ueris, ut quidam putant. Citat Theophra-  
stus herbanū quandam, uere libidinis irritamentum uoca-  
tātē, de qua nos quoque olim mentionem fecimus. Sd Ina-  
di nostros lūsitanos decuerunt chrisocolam, boracem offi-  
cīnis, dictam: ciceris magnitudine in ore sorbili ebitū,  
hominem in pri.apisimum trahere: & tentigineū eicere.  
Predictis enim, iudeus hic(ut , qui ad nos ex Constantia-  
nopoli redierunt, testati sunt) filios genuit: & hilariter  
eum uxore agit:

CVRATIO DECIMANONA, IN QVA  
agitur de quodam, qui ex lapidea scala ecceidit: et illi-  
brachium & sinistrum cruris absque mo-  
tu permiserunt.

**E**X scala lapidea ecceidit puer obesulus, Brudorum ui-  
dux filius, natus annos quinque: Qui quinque super-  
dorsum caderet, nucham, & spinam male affecit. Vnde et  
neruos male affici credendum erat. Is uero à lapsu, ut  
terno, hoc est, profundissimo sotino, per noctem & diei  
oppressus est. Cul occurrentis medicus quidam, dextri bra-  
chij uenam tundere, & sanguinem extrahere, ac brachio  
& cruri male affectis medicamenta admouere fecit. Sed  
quoniam puer ad quinque dies cum illis admotis medicamen-  
tais nullum iumentum persentret: sed potius absque motis  
predicta membra manarent, ad eum imisendum suū uo-  
catus. Cui præsens, considero huic nullum inesse uulnus,  
nullum

nullum tumorem, nullam membra fracturam, aut liuiditatem. Quibus de causis, in mentem renoco similes à Galeno causis citatos, quibus medianibus doctus euado, iudicans huic neroos, & musculos male esse affectos: & ita male affectos, ut per eos spiritus motum præbentes permanere non possent: quum transitus, & uia illis intercepta esset: Proinde ad neroion originem occurrentes, caput, occiput, et uniuersam spinā ipsā hoc linimento illini fecimus. Et intra quinque dies, membra motum recuperarunt. Et paucis alijs interpositis, integrā adeptus fuit sanitatem. Habet autem linimentum sic:

Recip. Olei chamæclini

Vulpini

Vermium terrestriū.

{ an.unc. 2.

Pulucris uermium terrestrium unciam unam, cere parvum: ad ignem fiat linimentum: quo neroorum origo & spinā inungatur, & desuper pellis uulpina imponatur.

### S C H O L I A.

~~X~~ Non multū ab isto casu aborret historia Galeni de Pausania Syro Sophista, quam libro tertio de locis affectis, capite decimo citat. Et paulo antea libro primo, capite sexto. Proinde dicit medicū in Galeni doctrina optimè esse ueracatum: quia omnia quæ contingere possunt, in eo facillimè est inuenire.

C V R A T I O V I G E S I M A , I N Q V A  
agitur de impostura quadam uidelicet, quod medicus.  
quidam leni quodam clystere puellam interfecerit.

Leo

**L**eo Hebreus Pædagogus quum multos sanctam lin-  
guam doceret, medicus quidem cognomēto Calaphur  
ra, ut lingua am quoque calleret, ad eum accedebat. Cœte-  
rum huic Leoni filia erat annos nata circiter octo, que  
sæpe uentriculi, & intestinorum erosio:ibus cruciabas-  
tur. Is quum semel nat. m afflictam animaduerteret, me-  
dicum præsentem rogat præsidium facile paratu, quo fi-  
liam à symptomate liberet, excogitasset. At Medicus ma-  
gistro obtemperans officio suo fungi cœpit, doctæ sanæ  
puellæ temperaturam natuam, tum etatiuam conside-  
rans. Quæ dubio procul pituitosa erat: quibus addebat  
tempus hybernū ac rigid. m hyemem præsentē, in qua  
etate, & cœli constitutione, morbi frigidī, plerunque na-  
scuntur. Vnde coniectari cœpit morbum hunc ab humo-  
re frigido, & flatuoso ortum trahere: qui per circuitus  
quum mouebatur, non continuo, sed interpellatum puellā  
affligebat. Sed coniecturam suam firmabat, quod tortio-  
nes illi, ac uentriculi murmura nullam secum febrim tra-  
hebant. Quæ omnia, quā uniuersaliter morbum frigidū  
indicent, ac testentur, potissima tamen ac indubitate in  
ægrotante Hebreæ sunt: quia Hebræi melancholicis &  
flatuosis, ac actu frigidis uescuntur cibarijs: à quibus hu-  
mor gignitur quidam frigidus flatuosus, colicas affectiones  
plerunque producere natus: indicium est, quod He-  
bræi ob hunc aggestum humoreni in colicum affectionem  
sæpe incident. Hoc igitur ratiocinio usus, docte media-  
cus, contra hanc affectionem, hunc descripsit clysterem,  
qui habet. Recipe Chamomilæ, Anethi, an.m. i. Rue.  
tæ.m. semisem. Cumini pug. medium, in libris tribus  
aqua fiat decoctio quo usque maneat libra duæ. Facta  
decoctione, & colatura, decoctis adde.

Oleorum

Oleorum Chamomille

Rute,

Anethi.

{ an. nuc. 1.

Vini parum misce, & ter, ex predicto decocto, & oleis,  
 ac uino mixtis, clysteres parentur. Ita ut quilibet clyster  
 decem tantum continat uncias. Ab iuncto uero primo  
 clysteri; puella angi coepit: ac intra horam mortua fuit.  
 conqueruntur parentes: medicum derestantur: populum  
 connuocant: ad iudicem currunt: obitus uindictam qua-  
 runt. Tandem predictum medicum carcerebus obtundunt,  
 & sub iudice lis pendet. Anconam gubernante Illustrissi-  
 mo Vincentio de Nobilibus Iulij tertij Summi Pontifice-  
 bus; ex sorore nepote: ac locum tenente. Queritur an  
 puella ob clysterem iunctum obierit? an ab aliqua alia  
 causa mors illi superuenierit? primo quod ab infuso mors  
 subsecuta non fuit, ipsum componentia satis testantur:  
 quum omnia ferè quotidie in uictus usu homines habe-  
 bant: à chamæculo herba sic dicta: quod mali odorē re-  
 ferat, incipientes: quam Aegyptiorum sapientissimi ob-  
 raras eius dotes: Soli consecrabant, ut testatur Galenus  
 libro tertio de Facult. simpl. med. capite nono. De cuius  
 temperatura, ac possessionibus, sic libro sexto predicti  
 uoluminis, idem dixit; Anthemis, id est, chamæcumelum cal-  
 facit, & desiccatur in primo ordine, estq; tenuium partium.  
 Ac proinde digerendi, laxandi, ac rarefaciendi uim obtie-  
 net: Hæc Galen. cui omnes hucusque medici subscribunt.  
 Non est igitur quod ob chamæcumelum uel chamæmalum  
 dictum, infusum hoc noxiū aliquid contraxerit, quis di-  
 cat. Veluti nec à bene olente anetho: quod pro ornandis  
 ollis, ac præparando acetario culinis familiare est. Ex-  
 calfacit autem in fine secundi gradus, & exiccat in eius-  
 dem

dem initio: & ob id in oleo decoctum digerit: dolorem,  
sedat: somnum conciliat: & crudos humores concoquit.  
Quæ omnia de siccō intelligenda uenient: nam uiride hu-  
midius, & minus calidum est. Itaque magis concoquit:  
& somnum conciliat, sed minus discutit. Sed & ruta à  
multis conseruanda sanitate, & morbis profligandis fri-  
gidis, ac interficiendis uermibus, sēpe manditur: quæ Ga-  
leno authore, capite de uitice, seu agno casto, calfactoria  
& exicatoria tertio in gradu est. Cuius oleum auxilia-  
tur ijs, quos tortiones ac colicus dolor, à frigido humore  
ortus discruciat, ut meminit Galenus in fine libri duode-  
cimi Methodi medendi, ueluti sexcentis alijs sue doctri-  
næ locis, præcipue ubi de scipso historiam narrat: quibus  
affectionibus cumiuim multum quoque ualere omnes no-  
runt: quum spiritum flatuosum dissoluat, & ipsum in ba-  
litum reddat, ac ob id ex medicinis uentositatem carniua-  
tibus, practici ipsum primatū obtinere contendant. Non  
est igitur quod quis contumax, aut ceruicosus, inscius uē,  
audet dicere, ob clystnum componentia ornantia uē, ob in-  
tum pueræ superuentum esse: quum tametsi potentiora  
essent medicamenta corum uires in aquæ coctura infri-  
gerentur. Nec enim subterfugere est, ad uinum, quum per  
se solum similes curat morbos, ut Galenus sēpe testatur,  
et Angelus Policianus uir nunquam sine honoris titulo  
nominandus libro suarum Epistolarum illi suffragatur,  
quum locum quendam depravatum apud Plinium, ubi de-  
cicuta agit, reseituat. Quibus faciunt infusi ipsius, par-  
ua quantitas, quæ quum decem ad summum uncias conti-  
neret, uix sufficiens erat secundum ex crassioribus attin-  
gere intestinum. Nunquam enim infusa per clysteres, ad  
intestina uentriculo proxima perueniunt: ut menioræ  
comenæ

comendauit Galenus libro quinto Methodi medendi , & eiusdem uoluminis decimotertio , nec enim ignoro , apud ipsum Galenum , libro sexto de Symptomatū causis legi , nonnullis clysteres adeo ascendisse , ut ipsos postea uomitione reiiserent , quemadmodum sterlus per letales uolulos emitti solet : quum id uentriculi attrahere non est , sed duntaxat succipere ea quae ob intestinorum compressionem violenter sursum feruntur . Sed de ijs satis , quum multo plura huic rei facientia Centuria prima medicarum curat . nostrarum , ad illustrissimum Cosmum Medice secundum Florentinorum Ducem dicata dixerimus , ut igitur receptui canamius : luce meridiana clarius claret , clysternum hunc nullam noxiam aut uim , ne dum mortem , huic afferre posse , est enim clysterium ut Auicenna placet medicamentum nobile , quod ideo nobile dicitur ( ut mea fert opinio ) quia securum , nullum precipuum membrum quod uellere posset attingens : à crassioribus enim intestinis potissimum materiam deponit , non uero uniuersa liter ab omni corpore , ut docte admodum Antonius Musa Brasavola nobis pyladæ amicitia coniunctus , Galenū in pristinum nitorem reddens , Aphor . secundo : libri quarti Aphor . adnotauit . Sed ne lectori nauicam in re tam facile sermonem in longum ducento moueanus : unde mors huic puellæ subsecuta fucrit , breuiter dicamus . Primo sciencie licet , quod puerorum substantia omnium facilimè diceritur , ac dissipatur , ut testatur Gal . libro nono Methodi med . Propterea quod est omnium humidissima , ob quam humiditatem , ac concretos in eis frigidos humores somnolenti maxime sunt , & uaterno , hoc est sopore ac profundiori somno , maxime apprehenduntur . Quum igitur puella hæc pluribus huiuscmodi humoribus , frigidioribus

bus scateret, ac cœli status rigidus & niuosus esset. Con-  
 sequens erat, non solum stomachi & intestinorum rosio  
 nibus, obnoxia esset, sed quod magis est, Catalepsī, idest  
 congelationi, & Apoplexiæ, forte enī fortuna prædi-  
 eti humores caput præcipue eo tempore occupabant, ac  
 in eo sedem habebant, qui ad cerebri obturandos mea-  
 tus paratiſſimi erant: unde credere erat puellam uel nul-  
 lo remedio, aut præſidio adhibito, intra paucas horas, mo-  
 rituram: sed quum clyſinus diſſoluendi ac rareſaciendi  
 uim habebat: factum est, quod eo materiae illæ fluxibilia  
 iores redditæ Cerebri incatus implerent: ac coarctaret:  
 unde apoplexia orta est, morbus ſanè pernicioſus, ac le-  
 thalis: à quo puella hæc mortem traxit. Non eſt igi-  
 tur quod medico imputetur huius obitus, quando non  
 ſemper ſit in medico (ut ingeniosus ait Poeta) relectetur  
 ſemper ut æger, quum interdum bonam artem præualeat  
 malum: immo nonnulli ſæpe reperiuntur morbi neceſſa-  
 rio interficientes, inter quos, hunc à quo puella diſcessit,  
 adnumerare eſt: non erat igitur medicus ob hanc rem accu-  
 culandus, nec inuite ad iudicium deducendus, quoniā poſt  
 Deum Aesculapium, quem in ſerpentis formā, ob pecten  
 ſedandam, Romanū decem Legati ex Epidauro traxerūt:  
 medicis confeſſum fuit, ut inuite ad iudicium deduci non  
 debeat, ut habetur apud legem Medicos. C. depreſſ. et med.  
 Obiit igitur, ut ijs finē imponamus, puella prædicta apo-  
 plexia detenta, quum ut aſſistentes teſtabantur, tota ric-  
 gida poſt obitum manſit: nec eſt quod quis in hac re am-  
 plius dubitet ancepſ' ueſit: ita enim ſentio Ego Amatus  
 Doctor Medicus Castelli albi Lufitanus, in quorum fi-  
 dem hæc ſcripſimus: Anconæ decimo ſeptimo die mensis  
 Maij. 1551.

**CVRATIO VIGESIMA PRIMA, IN**  
*qna agitur de muliere quadam, per mammas  
 sanguinem menstruum emittente.*

**M**ulier nobilis, quum puerum lacaret, & ut fieri solet, longo tempore menses suppeditos haberet, ecce per mammulas sanguis illi effluvi cœpit copiosissimus; à quo præter fluxionis tedium nullum capitum dolorē aut noxiū percipiebat. Facta tandem ex sapientia pedis uena, sanguinis copiosa extractione, ex mammis sanguis illico retractus fuit: & mulier ab hac foeda affectione libera, quæ medicorum iudicio in insaniam uentura esset, iuxta Hippocratis dictum, libro quinto Aphor. quadragesimo: quod habet. Quibusunque mulieribus ad mamas sanguis colligitur furorem significat.

S C H O L I A.

Tameſi Galenus hoc nunquam uidisse teste tur. Nos tamen cum Hippocrate, sanguinē per māmarū papillas effluere in duabus nobilibus, altera Lusitana, altera uero Itala hucusque seruatum habemus: quarum nulla in furorem, aut insaniam deuenit: sed potius sanguine ex sapientia misso, illico sanitati restitutæ fuerunt. Ceterum, Antonius Musa Brasavola, rescripsit se mulierē uisam, cui sanguis per ubera fluebat: quia Gemellos nutrit: qui cum uehementer exugerent, sanguinem in lac conuerti, non sinebant. Et ita huic contingebat, ut nō qui nimio utetur coitu, quibus sanguis exit: qui in semen conuerti

CVRATIO VIGESIMA SECUNDA,  
in qua agitur de papulis quibusdam, circa bra-  
chialia, & manus, ac utriusque pedis  
Astragalum, Talum dictum,  
repente erumpentibus.

**S**Enex Abenaser, quinque supra sexaginta natus an-  
nios, boni habitus et sanguineus, quin Maij tempore  
ueste pellibus fulcita uestiretur, & coturnis, ac ocreis ex  
suberis cortice paratis, calciatus incederet, scabiosus ille  
aeris ac uestium caliditate, de pedum nimio calore que-  
rebat: ita ut intra crepidas eos continere non posse se-  
pe inculcaret: huic igitur calore extraneo affecto, & ie-  
cur supra modum calfactum habenti, repente papu-  
lae quedam nigerrime manus precipue, & brachia=   
lia, ac pedum astragalum inficientes superueniere, quae na-  
tura sua pruriebant, & carnei corrodebat: ut poterit ex  
sanguine super assato, & atrabilario redditio: ortum tra-  
hentes: Cui malo occurrentis, depositis per balanum feci-  
bus, sanguinis uncias sex secta dextra basylica, flueret fe-  
cimus, qui in totum ater, ac putredine affectus erat: qua-  
de causa Vesperi, ex sinistro brachio sanguinis extra-  
etio ad uncias octo repetita fuit: Sed ad iecoris, & mem-  
brorum interiorum rectificationem syrupum hunc in dies  
libebat: & ita habet:

Recip. Syrupi rosati.

Cicore.e.s.

Eundiuic.

{ an.unc.f.

Aquarium cicorceæ  
Endiuia  
Boraginis  
Buglossæ.

Misce,

Caterum papulas, quia ex exedentium erant genere, sacrificare fecimus: ex quibus sanguis ater effluxit: quas tunc marina aqua lauari fecimus. Nam in herpetas deuenire timor erat. Sed postea ichores citrini quin quadam nigritæ inde exhibant. Super quas unguentum hoc admouere fecimus: quod habet.

Vitelli ovi num. 2

Olei rosacei  
Butyri recentis.

Succi duorum limonum

Sublimati. drach. f.

Misce, fiat linimentum: quo papulae prædictæ exiccate fuerunt: & ipse leni pharmaco epoto, intra paucos dies bene habuit. Sanitati tamen colophonem addidit, quem per octo sequentes dies conseruam hanc gustauit: & de super aquam hanc destillatitiam subscribendam bibebat. Habet aut̄ conserua, siue conditū sic: Recip. Conseruae ex floribus herbæ fumiferræ cū saccharo paratæ. drach. 1. De Boragine, De Rosis, De Buglosso. an. drach. 1. & f. cum miuia cidoniorum, absque speciebus fiat conditum: et folio auri inauretur. Quod in sex partiatur partes: & ieiuno stomacho, singulis diebus (ut dixi) portiunculam comedat, super quam aquam sequentem ebita:

Recip. Aque Cicorceæ

Endiuia

Lupulorum.

Misce

} an. unc. 1.

Scholia

Decet autem medicum, ægrotantis opulentiam, uel pauperiem perpendere: quum secundum ægrotantis possessionem, ita à medico pretiosa, uel parui ualoris medicamenta parari debent. Ut commendat Gal. libro sexto de comp. med. per loca: ad hunc modum dicens. Quemadmodum enim pauperes medici exilem apparatum laudant: sic oportet etiam diuitibus permittere, ut confectiones pharmacorū pro opulentiae suæ dignitate cōparent. Satis enim scio etiam ipse nō solum pauperes esse medicos: sed & qui ab ipsis curantur. Quibus satis est ubi ægrent, alicam cum aqua mulsa accipere: & mundum panem habere: aut aliquam farinam utilem ad cataplasma. Verum eum, qui curandi tractationem scribit, omnis materię meminiisse operæ preium est: quo tum diuitibus copia sit ipsis artificiose uiendi: tum pauperibus eleetio sit illarum tantum, quibus unusquisque pro opportunitate abundet.

### CVRATIO VIGESIM ATERTIA, in qua agitur de uermium curatione.

**P**Veri ad quos diuertimus, uermium morsu lancinabantur: nam caput dolebant: tremore corripiebantur, & frigore, ac inordinata febri affligebantur. Ex quibus nonnulli nares scalpebant: digitos in os mittebant: & que comedebant, euomebant: omnes uero sanitati restituti

stituti sunt, sequenti ordine describendo: iij præcipue qui aliquid iam comedebant: Alij uero lactentes tantum alia excoigitata via in eolumen quoque perseverarunt. Primiis igitur semen lumbricorum saccharo incrustatum pondere demidiæ unciae comedendum dabamus: cum quo non febricitantibus, sumum pauxillum, & generosum bibendum dabamus. Febricitantibus uero aquam portulæ, Graminis, aut in qua coriandri semen incoctum fuit. Postea uero media interposita hora singulis singulas semuncias diaescerent in bolo, aut rhabarbari scryptulum unum, uel alterum propinabamus. Quibus medicamentis omnes per secessum emittebant uermes. & sanitati pueri omnes restituebantur. Qui uero lac tantum sugebant eorum nutritibus prædictas dabamus medicinas, citato ordine, sed aucto pondere: ut ad lac carum uires utcunque potentes accederent. Sic enim nos docuit Hippo, libro sexto Epidemiorum, dicens, Mulier, Capra, cucumerem agrestem comedentes, pueris purgatio. Cui postea subscripsit Galenus libro tertio Alimentorum, capite quarto decimo: & libro quinto de tuenda ualitudine. A' quibus omnes postea medici mutuati sunt: & libris suis inscruerunt.

### CVRATIO VIGESIMA QVARTA, in qua agitur de Erysipelate phlegmonode.

**P**istor, qui iuxta diuersorium, cui serpens pro symbo lo, & insigni est, habitabat, Herysipelate phlegmonode in manu sinistra uersus cubitum corripi coepit. Ad quem, quum quidam ex ijs qui omnia quinta essentia, & oleis per sublimationem extractis, curare profitentur, dicuerterisset: ipsum scorpij iclu percussum fuisse, contestabatur

tur occasionem alioqui querens ut sua experiretur olea. Sed nō utinam hominis uitæ dispensio. Q[uo]d enim prædicto morbo sua superadderet olea, quæ nō minus erant, quam igni addere ignem, factum est, ut intra tres dies in insaniōn, ac rabiem ægrum duxerit. Qui, & si postea à doctis medicis inuisus fuit, omnia morbo remedia conuenientia adaptando, nihilominus tamen in fine sexti, uitam cum morte commutauit. Videant igitur ægrotantes quibus se concredant medicis, ne dicam carnificibus. Nam ut artificiali coniectura, quæ media est inter exactā scien-  
tiam, & omnimodam ignorationem uti medicus debet, pro internis affectionibus dignoscendis; ita pro externis, & ijs quæ sensui subiiciuntur, curandis, firma & indubi-  
tata medendi Methodi utatur necessarium est. At hodie ut Plinius ait, libro. 29. Naturalis suæ Histo. capite pri-  
mo. nulla lex est quæ puniat inscitiam capitalem medi-  
corum: nullum exemplum vindictæ. Discunt periculis no-  
stris, & experimenta per mortes agunt. Medicoq[ue]; tan-  
tum hominē occidisse summa impunitas est: quando Her-  
cule in hac artium sola eueniāt, ut unicuique medicum se  
profitenti statim credatur, & cetera. Quæ Plinius ex  
Divi Hippocratis lege in suum opus mutuatus est.

## S C H O L I A.

Elapsis quindecim diebus ab obitu prædicti  
Pistoris, Spatarus quidam simili morbo, & in  
eadem corporis parte, afflitus fuit. Ad quem  
quum prædictus medicus conuenisset, & usita-  
tis medicamentis usus esset, intra septem dies  
ipsum interfecit. Nouit autē hæc uniuersa An-  
cona, noueruntq[ue] doctissimi tres dies assistentes,

Hieronymus Fulginas, Federicus Seuerinus; ac Iul. Pergul. Sed hæc & similia, nō aliū de euc niunt, quām ob gubernatorum, & rectorū in aduententiam. Qui omnes Agyrras, eicunforaneos nuginendulos, ac barbitonfores promiscue humanæ salutis curam habere permittūt.

## CVRATIO VIGESIMA QUINTA.

in qua agitur de Erysipelate puro, apud  
Aujennam spina dicto.

**V**icinus meus vir probus, & cui filium pyrate innauic immanter interfecerunt, Erysipelas in crure passus est, ignitam scilicet rubedinem per crus diffusam cum dolore: quam comitabantur febres, & rigores de tertio in tertium affigentes, cui illico occurrus optimo prius instituto uictus ordine ad frigidum, & humidum declinante, ac ex toto uino abnegato, super ipsam ignitam rubedinem succos ex pluribus, & uarijs herbis expressis apponi, ac saepe commutari fecimus: Sunt autem herbe he semper uiuum, lactuca, portulaca, endivia, taraxacon, umbilicus ueneris, lenticula aquæ, solanum, planago, cucurbita, utrunque nenuphar, & huius temperaturæ, & rationis similes herbæ. At quia purum Erysipelas hoc uidebatur, cutis solam superficiem occupans, à uenæ sectione Galeni consilio abstinuimus: & medicamentum bilem purgans, Græcis cholagogon dictum, bibendum dedimus. Quibus intra quinque dies sanitati fuit restitus: ut Canonicus sancti Cyriaci, & alij. Solent autem morbi iij potius alterantibus, quam purgantibus medicamentis saepe curari. Quo sit, Aujenna, aquæ frigide

S C H O L I A.

Erysipelas latinoribus sacer ignis dicitur, puerum tamen apud Auicennam spina appellatur. Quod ex bile flava, uel sanguine feruido, & subtili, ac consistentia tenui ortum haberet: per solam cutem se diffundens, nihil inferiorem carnem molestans, ignitam quandam rubedinem praesertim fevens: quam Hispani colubrillam, quasi colubrum diminutiuam uoce appellare solent, alij uero Amonte morbū, quod est rusticū, uidelicet immanem, nostri praecipue Lusitani uocant. Fit igitur Erysipelas exquisitum ex flava bile naturali: quam sanguinem subtilem, ac consistentia tenuem medici uocamus. Vnde Gale. libro secundo ad Glauc. capite primo: Erysipelas exquisitum, & uerum ex sanguine tenui, & ferverente fieri tradit. Libro uero primo Aphor. Aphoris, secundo, ex flava bile gigni dixit, ueluti sexcentis alijs locis. Ceterum, sibilis praedicta pura, & simplex, ut potè naturę suę limites trascendēs, nulli alteri humoris mixta sit, & membro haeserit: tunc herpetes faciet: quos recentiores pusulas malas cholericas appellant. Si uero predicta bilis concretior, & pro ratione sua crassior, ac maiori acrimonia fuerit praedicta, tunc altius ad suppositam usque carnem exulcerat: appellaturq; affectus hic herpes esthiomenus, idest, herpes excedens: neotericis uero exulceratum

Erysipelas. Quale Pistor ille, de quo supra mentionem fecimus, passus fuit, qui primo Erysipelite phlegmonoso laborauit: & medicorum imperitia in herpetem esthiomenum lapsus fuit: à quo ut diximus obiit. Solent autem curari huiuscmodi ulcerationes unguento albo, iunguento de lithargyro, de plumbo, ac alijs iuarijs proportione loci, & morbi: exiccatibus tamen, nō uero humectatibus: ut Avicenna putat: & neoterici in uulgatis Avicennæ erroribus notarunt. Si uero bilis minus calida, & aeris quam dicta fuerit exiguae pustulas milij granis similes in superficie cutis excitat: nominaturq; morbus hic herpes miliaris. At ut ad Erysipelas reuertamur, Scire decet: quod quando bilis sanguinis miscetur, & membrū ob sider, sibilis præualet Erysipelas phlegmonodes, siue phlegmonosum dicitur: Si uero sanguis excellit, phlegmone Erysipelatosa appellabitur. At si æqualiter bilem, & sanguinem commisceri contingat, tunc uitium hoc, medium quoddam particeps phlegmones & Erysipelatis uocabitur. Si uero bilis pituitæ miscetur, tunc Erysipelas œde matodes affectus nominabitur. Si autem atræ bili, tunc Erysipelas scirrhodes, seu scirrhosum uocabitur. Ab hunc more autem in mixtione exuperante, præuale sciente uie uitio nomen dandum est. Plura uero si quis de his rebus scire cupit, legat Galenum libro secundo Artis Medicinalis ad Glauconem: & decimo quarto Methodi medædi: ac Tagauliūm institutionis suæ chirurgicæ, libro primo,

mo, capite ostrauo, Quo nullus hucusque, quem nouerim, nec copiosius, nec doctius de hac re li- teris mandauit.

## CVRATIO VIGESIMA SEXTA, IN

qua agitur de Caro, idest ueterino morbo:  
quem Arabes subet appellant.

**A** Ethiopissa, qua<sup>e</sup> quatuor supra triginta annos in seruierat: et saep<sup>e</sup> in capite percutiebatur, lenta ferebri laborare cœpit: cu<sup>m</sup> qua sonno profundissimo, & graui ita opprintebatur, ut stimulata (& si sentiebat) nihil tamen dicebat: nec oculos aperiebat: qui affectus Caros Græcis dicitur, Latinioribus uero ueterinus. Arabes autem sua lingua hunc ipsum subet morbum appellari solent. Qui plerunque a frigido, crasso, aut omnino uiscido fieri solet humore. Ceterum, Hac, quum eius parua cura fuit habita intra paucos dies obiit. Huius tamen morbi curatio eadem ferè est, que apoplexie, aut cephalalgia & pituitose debetur.

CVRATIO VIGESIMA SEPTIMA, IN  
qua agitur de comate febrē sanguineā comitante.

**A**B obitu prædictæ Aethiopissæ tres dies, eius Domina Michaelis Musici mater, febris sanguinea correpta fuit: quam insequebatur ineuitabilis dormiendi cupiditas: qua<sup>e</sup> vocata utcunque respondebat: sed iterum oculos cludebat, & ad soporem recueretur. Affectus sanè coma dictus: qui a vaporibus calidis, & humidis ex sanguine putrido, ad caput delatis, & ipsum implevit.

E s tibus,

tibus, originem dicebat. Proinde rebus in ordinem dispossitis, à sanguinis missione orsi sumus. At quia dextri brachij uene latebant ad sinistrum nos divertimus, & internan secare fecimus: ex qua integrum sanguinis libram fluere permisimus. Qui quam ater, & corruptione affectus appareret, & uires utcunque constaret, sequenti die ex eodem facto vulnere, octo uncias extrahere fecimus: Sed interdum syncipi oxyrrhodirum admouebatur: & cordi epithemata refrigerantia, & roborantia. Ceterum, ptisanam, & aniygdalatum pro uictu huic porrigebamus. Sed ut aliuis responderet, per clysteres refrigerantes procurabamus. Tertio uero die post frictiones exhibitas, cucurbitulae quatuor scapulis profundioribus iulnusculis scarificatis affixa fuerunt. At syrups, & bordeaceam aquam non gustabat: sed fontauam tantum pro potu ad extinguendam sitim, qua maxime cruciabantur, admittebat. Quarto uero die rigore se affligi, ac sua membra refrigerari dixit. Sed rigor ille illico euauit. Sed quinto pharmacum hoc illi uel iuuita dedimus: quod habet,

Recip. Syrupi rosati solutiuii. unc. 3.

Rhubarbari boni. drach. 1.

Diapheniconis. drach. 3.

Spice celtice. gra. 3.

Decoctionis florum, & fructuum cordialium uncias tres, misce, fiat potus. quo multa egescit. Si que enim rhabararo spica adiungenda est, celtica sit oportet: ut in nostro diximus Dios. At septimo die rigor illi intessissimus per duas, & amplius, durans horas superuenit: quem febris parua secuta fuit. In qua aquam ad satietatem ebibit: postquam quin parum euomuit, uniuersum eius corpus copiosissimo

piissimum sudore irrigatum fuit: post quem sudorem, à febri immunitis permanxit. Sed octauo in uentris fluorem leuem intidit, & sana fuit: Veluti eius filia decem nata annos, que simul cum matre in eundem lapsa fuit morbum: Quem tamen puella aquani acetosae, & boraginis, in quibus olei uitrioli guttas tres infundi fecimus, ebibe- ret: per inferiora uermes qualius eiecit: & sana facta est. Putredini autem hoc oleum sic exhibitum aduersatur, & membra omnia roborat, ac uermes interficit, & calo- rem febrilem infringit.

## S C H O L I A.

Passim in libris medicorum uoces hæ leguntur somnum significantes, scilicet cathaphora, coma, caros, léthargos: quas Galenus in libris prorrheticis abude exposuit. Et nos ad præsens prosequenur, citabimusq;. Est igitur catapho-<sup>X</sup>ra delatio, siue in somnū inclinatio, uerbum de- ductum ab eo, quod qui sopiuntur, καταφέγονται, idest, deorsum feruntur: quoniam dormien- tium caput deorsum fertur, & inclinatur. Medi- ci tamen in malam partem cataphoram semper accipiunt: ueibumq; hoc tanquam genus, ad ma- lum somnum constituunt. Vnde ipse Gal. libro definitionum sibi adscripto, & in isagogis, uolu- ti eius simia Paulus Aegineta: & Aëtius lethar- gum per cataphoram definiunt: quum dicant, Léthargos est cataphora, idest inclinatio i som- num inexpugnabilis cum discoloratione, & tu- more uentoso, cum debilitate ipsarum solidarū: partium.

partium , & pulsatilis spiritus , sacta omnino in debili & maligna febre . Vnde satis claret cata- phoram genus esse ad alias affectiones somnicu- losas . Ac coma intensa est somni deprehensio .

¶ Vel Galeno teste libello de comate , Coma pro- fundum soporem , & diuturnum significat , aut uigiliam imaginatione frequenti obturbanter , ac intepellante somnum : ita tamen , ut ea affecti surgere nequeant . Et quando soporem profun dum significat , tunc simpliciter coma nominatur . Si autem uigiliā , tunc ἡ ψυ πνον κῶμα , id est , uigi lans coma appellant : de quo supra mentionem fecimus . Ut tamen Aētio ex Possidonij autho ritate placet accidens hoc consequens sanguineam febrem , coma dicetur : ut apud ipsum qui uis legere poterit Sermonē suo sexto eiusdem numeri capite . Nec sanè irnmerito , quum κῶ μα communi aestimatione , ut poetis placet , dor mitionem significat . Ut uero Græcis medicis immensam somni deprehensionem . Et ideo co ma in malam quietem semper accipiunt . Caros uero profundissimus somnus est , quo oppres sus , & si stimulatus fuerit , nec oculos aperit , nec sentit , nec responderet . Vocant autem affectum hūc Romani ueterum : Arabes uero subet : qui à pituita & lentis humoribus caput occupantia bus s̄æpe sit . Et ipsum lenta quædam febricula , ut Aētio placet , semper comitatur : quicin C. Celsus , capite de Lethargo , corporem post lon gas febres accidentem (ut ego sentio ) uocat , nā alibi de caro mentionem non fecisse puto . Hoc nostrum

nostrum indicium ex Paulo Aegineta corrobora-  
ramus : qui caron post præcedentes ueliemen-  
tes febres evenire tradit. Cuius sententia ab ea  
quam C. Celsus de torpore tradidit, non multū  
abhorret. Nam præcedentibus diuturnis , aut  
ueliementibus febribus caros si superuenerit,  
ipsum tamen imitabitur febricula quædam len-  
ta: ut Aëtius optimè sancte dixit . Vocant autem  
morbum istum latiniores, ut dixi, Veternum, &  
eo correpos Veternosos, de qua re alibi con-  
tra Grammaticos satis diximus. Lethargo mor-  
bus cerebri est , phreniti contrarius . Qui ideo  
lethargus dicitur , quod obliuionem inducat.  
Ab eadem autem materia, qua caros fit, euenerit:  
& in eodem loco situm habet. Lethargus ta-  
men remissior est. Quia eo morbo affecti, lethar-  
gici dicti, interrogati oculos aperiunt, & respo-  
dent, & ad inexpugnabilem somnum reuertun-  
tur. Vnde lethargus à Galeno ita definitur, Pro-  
fundus sopor & inexpugnabilis penè dormien-  
di necessitas est . Cuius Aëtius aliorū relatione,  
duas facit species: Alterā per primogeniā affe-  
ctionē factā: Alterā uero p̄ cōsensum. De reliq̄s  
uero uocib⁹ somniculosas affectiones signifi-  
cātib⁹. supra(ut reor) à nobis abūde scripū est.

CVRATIO VIGESIMA OCTAVA,  
in qua agitur de Erysipelate ī iccore orto.

**V**XOR Azize proxenete nata annos tres supra quae-  
draginta, boni habitus mulier, et que nunquam nie-  
si par-

si partus tempore menses uidebat, tertiana continua lachorare coepit. Cui occurrens medicus primo minorans, quod aiunt, medicamentum purgatorium propinavit, ac postea demissso sanguine per uenæ sectionē, quarto die nescis illi copiosi fluxerunt: denum præsidij idoneis adiuta natura, intra decem dies hæc sanitati fuit restituta. Cæterum interpositis decem diebus, iterum in morbum lapsa est. Nam acuta febri afflictatur: siti intensissima cum lingue ariditate, & nigredine cruciabatur. Stomachi subuersione maximam absque uomitu patiebatur: & circa iccinoris regionem querebatur: totani noctem insomnis transigebat: cibum non gustabat: sed auidissime gelidam bibebat. Quibus omnibus comprehensis indicatum fuit, hanc in iccore inflammationem pati: & illam quidem Eryspelas dictam. nam quum supra iecur manum admouebamus, magnam inibi percipiebamus caliditatem, & ægrotans dolorem: de quo potissimum querebatur. Nullus tamen inibi erat tumor, aut inflatio aliqua. Sed iecur male affectum uicinitatis consortio, ac per consensum stomacho morbum impartebatur. Vnde continua erat subuersione. Sed nihil uomebat: paucus autem humor peccans erat: sed biliosus, acutus, malignitas tenet quandam præseferens. Quaratione alterantibus potius, quam euacuantibus uti consentaneum erat. Proctinus igitur eam secare fecimus uenam, quæ inter digitū annularem, & paruum mediat: ex qua sanguinem fluere permisimus ad uncias quinque. Ac ægrotanti syrum hunc eibere dedimus: qui habet Emulsionis seminis melonis cū aqua cicoreæ extracte, unc. 3. syr. cicoreæ. unc. 1. neuiupharis, unc. s. misce. Ut uero interdiu aliquid gustaret, sic descriptum fuit. Recip. Conseruæ de Aceto sitate citri,

citri,unc.3. ex qua ad libitum gustet. Item ut sitim effue-  
giat, & calorem febrilem extinguat:

Recip. Aquarium Cicoreæ libr. 1.

Eudinie. libr. s.

Acetosæ. } an. unc. 3

Portulacæ.

Syrupi de acetositate citri, unc. 1. & s.

Iolep. violacci.. unc. 1.

Misce.

Et cum succo granatorum acetosorum clarificetur, et cœ-  
puluere santalorum citr. aromatizetur. At iccori, circa  
quod uniuersi conatus nostri dirigebantur, sic exterius  
consultum fuit.

Recip. Succi Lactucæ.

Portulacæ,

Scimperuie,

Eudiue,

Cicoreæ.

Aceti rosati. unc. 2.

Misce:

Et in eis pannus lineus intinctus iccori admoueatur: &  
tepidus sape immutetur. Sed ultimo Emplastrum hoc illi  
super imposuimus: quo uniuersa clausa fuit curatio.

Recip. Farina Hordeaceæ. unc. 2.

Santali albi

Santali rubri. } an. unc. s.

Herbe Lichenis. unc. 1.

Sunitatū a bsthij acci

rosarum rubearum, } an. drach. 1.

Mastichis.

Omnia pistentur, & uino granitorum acetosorum exci-  
piantur,

plantur, & fiat cataplasma: postea in panino lineo, aut rubro zendalo tepidum iecori applicetur, & sepe iunuetur. Sed pro uenitriculo sic scriptum fuit,

Recpi. Olei Rosacei,

Cotoncorium,

Myrtillorum.

{ an.unc. i.

Misce, & fiat immunitio in ipsa oris uenitriculi regione. At pro somno conciliando sic apparatum fuit:

Recip. Vnguenti Populeonis. unc. 2.

Quo inungantur tempora, frons, nares, & brachialia. Quo uice aliorum presidiorum dictorum, si iecur illatum esset, optimum sane pro inflammatione domanda esaset. Sed ijs qui hto die in sudorem copiosissimum incidit: & sana evasit. Cibus huic ptisana collata cum lacte seminum melonis fuit: cui postea ius pulli, semine citri, & acetosae, ac una spina, alter autem adraiscebatur. Sed potus hordeacea ex mundo hordeo parata erat: in qua interdum thamarindi infundebantur.

### S C H Ö L I A.

Nulla corporis interior pars est: in qua Erysipelas non fiat, potissimum tamen affectio haec iecur, cerebrum, Anum, ac mulierum uterum occupat.

### C V R A T I O V I G E S I M A N O N A, I N qua agitur de Licheni impetigine dicta:

**M**onaculus Diui Dominici natus annos duodecim, impetiginem Lichenem dictam, indicem digitum ados

ad os usque exedentem habebat. Cui nostro consilio, quicunque unguentum de plumbo optime concinnatum super imponebat, intra quindecim dies sanus factus est.

## S C H O L I A.

Lichenes omnium doctorum notis impetigines sunt: & recte sane: quum Plinius libro 20. Nat. lxxe Histo. cap. primo, in quo de cucumeri sylvestri, & Elaterio agit, inquit, Eius radicē aridam cum resina impetiginem, & scabiem, quam psoram, & lichenas vocant sanare. Et quibus uerbis satis clarum euadit, lichenas impetigines esse: ueluti psoram, scabiem. Sed unum animaduertentia dignum apud Pliniū ipsum existimo: quod lichenes libro uigesimo sexto, ca. primo, ab eo descriptæ, longe à lichenibus impetiginibus dictis sunt. Quia lichenes impetigines dicitur Græcis, & Romanis semper cognitæ cutaneæ affectiones fuerūt. Illæ uero lichenes de quibus lib. uigesimo sexto tractat. nunqā ante Tiburium Claudiū Cæsarem uisæ fuerunt. Quam luem Latini mentagram ioculari nomine, quoniam per osculum à mento ferre oriebatur, appellauunt: & hodie iam non extat. Sed illius uice morbus Gallicus subintrauit: quem mentagram esse nonnulli contestati sunt: ut apud Leonicenum libello suo de morbo Gallico, diffuse legitur. At labes diræ illa mentagra dicta: quæ non nisi causticis curabatur, lichenas medici appellauere: quia cum Græcorum lichenibus si-

militudinem, & affinitatem habebat. Ex utrisque autem ijs morbis squamæ decidunt cutaneæ, quales crustosæ squamæ ex fistilibus diu falsuginosa seruantibus decidere solent. Proprieta-  
men mentagra, prurigo morbus est, quem uo-  
laticam nonnulli appellare solent. Cæterum, im-  
petigines, ut Galeno placet, libro quinto de Co-  
po. med. per loca, capite quinto: ex mixto quo-  
piam generantur humore, serosis nimirum ac  
tenuibus, & acribus succis, cum crassis permi-  
xtis. Quapropter etiam facile in psoram, ac le-  
pram transit affectio hæc. Indigeretq; etiam ipsa  
pharmacis fortiter resiccantibus. Postquam ue-  
ro in psoram, aut lepram transierit, ultra hoc  
quod resiccantibus indigeret pharmacis, & repur-  
gantia & extersoria quoque expostulat. Qui-  
bus Galeni uerbis tū Aëtius, & Paulus, ac om-  
nes post eum medici subscripsérunt. Vnde re-  
ete mea sententia, C. Celsus libro quinto suæ me-  
dicinæ, cap. 28. Sciens impetiginem cutis infe-  
ctionem esse, eius quatuor est ausus describere  
genera: tameisi Græci homines lichenibus suis  
nunquam tot genera tribuerint, quæ uos apud  
ipsum legite. Vtunque tamen Gal. in introduc-  
torio, siue medico libro sibi adscripto, impeti-  
ginis duas facit species, quæ cutem molestant:  
quarum una tolerabilis, mitiorq; est: altera esse  
ra, agrestis, difficulter eradicabilis, quæ smegma-  
tis foris adhibitis, tum intus pituitam euacuan-  
tibus medicamentis adiuuatur. Cuius generis  
lichenas apud Pliniū libr. vigesimo sexio descri-  
ptas,

ptas, & licentiori uocabulo mentagram dictas, Menardus esse credidit: ut apud ipsum quis legere poterit libro decimo octauo suarum Epist. Episto. 3. Qui ut obiter quoque hoc attingam, prurigenem propriem mentagram infectionem dictam, Vulgo uolaticam appellatam, impetiginem lenem inibi facit: quā uel sola saliuā multi depellere conantur. Cæterum hæc de qua sermo noster agitur, & monaculi digitū fædabat, exedens erat: profunda: squamulas ex se mitiēs: prædicto unguento tantum domita: & ex toto extirpata. Porrò duplicis illius impetiginis à nobis ex Galeno, citatae, C. Celsus lib. quinto suæ Medicinæ, postquam de impetiginibus tractauit: sub papularum nomine mentionem facit; ut cuique conferenti notum euaderet: unius quidem leuioris, quæ si ieiuna saliuā quotidie defricatur, sanescit, Alterius maioris, in qua cutis magis exasperatur, exulceraturq; ac uehemen-  
tius, & rodit: & rubet: difficilius q; sanescit: quā à griam, idest feram à Græcis appellari contendit. Vtrique tamen generi minus uitij, quam im-  
petiginibus inesse tradit: adeo ut id quod diffi-  
cilius sanescit, nisi sublatum sit, in impetiginem uerti, ac transire affirmet. Cuius sententia à Ga-  
leni dictis multum abesse videtur. Quum secun-  
da eius impetiginis species ita grauis, & diffici-  
lis curatu erat, ut non nisi causticis euelleretur.  
Adeo ut Manardus Ferrariensis firmare ausus  
sic lichenas mentagram uocatam, illius esse spe-  
ciei, ut supra à nobis notatum est: At nos ne mul-

torum sententia uaria hinc inde adducta, rem sic in discussam, ac ut potius confusam dixerimus, relinquamus, Galeni Genuinum sensum ex propris, & Germanis libris eius decerptum, in præsenti proponemus. Ne quis deinceps amplius inquirendo fatigetur. Sed rei summam paucis potius habeat, Meminit igitur Gal. libro quinto de Comp. med. per loca, capite quinto, lichenes, idest impetigines facile in psoram, & lepram transire: proinde sic habeo. Si lichenes sola leviori cutis aspredine, & pruriu manserint, impetiginis nomen retinent. Si autem manifestas squamas excitauerint, & altius cutem depastæ fuerint, tunc proprie lepra dicetur. At si per extirram tantum superficiem extensæ fuerint, & corpora furfuracea emiserint, psora à Cræcis appellabitur, à nostris uero scabies: ḥ̄̄ scabiei nomen uulgo medicorum latius longe pateat, qui omne cutis uitium scabiem nominant. A quibus infectionibus quum humores profundius, & altius carnes depascuntur, pustulæ, ulcera, & huius farinæ reliqua uitia nascuntur. Cæterum, lichen herba quoque est dicta, quæ lapidibus in humectis locis hæret: & lichenibus, & iecoris calidis affectionibus conuenit: ac inde ab aliquibus iecoraria appellata.

### CVRATIO TRIGESIMA, IN QVA agitur de Aethiopibus marasmo consumptis.

**A**Ethiopes ij ex populis, qui sub æquinoctiali habent,

tat sunt: colore nigri, et quibus capilli torridi, crissipi pipe  
ris modo rotundi insunt: Facillime autem homines iij senes-  
cent, ut uix sexagesimum etatis suae annum attingant.  
Quod memoriae Galenus commendauit libro de Historia  
philosophica, capite ultimo. Calida enim plus iusto regio  
equinoctiali subiacens est: ex gemina uidelicet singulis  
annis contingent ad uerticem directione, & ad perpen-  
diculum radis iaculatione, fereque angulo carente reflec-  
tione, ut Manardus feliciter admodum contra multorum  
nota indicauit: libro septimo suarum Epist. Epistola pri-  
ma, ad Ciglerium missa. Ceterum Aethiopes iij serui pecu-  
nijs empti sunt, quos Neophyti ex Lusitania iuxta Hi-  
spaniam, in Italiam ob inquisitiones illic factas, uenientes  
traxerunt. Voco autem hic neophytes, Diui Pauli uerbo,  
eos qui ex Iudaismo in Christi religionem inuiti  
deducti sunt.

CVRATIO TRIGESIMA PRIMA, IN  
qua agitur de Methodo & uera regula propinandi deco-  
ctum radicis cynarum, pro Iulio tertio Pontifice ma-  
ximo: ad Illustrissimum, ac iuxta humanissi-  
mum Dominum Vincentium de Noz-  
ibilius, Ancone Acquisissimum  
Præsidenti.

**Q**uemadmodum nœui morbi indies oriuntur varias  
mortalibus poenas afferentes, Vincenti Princeps  
Illustrissime, et Iulij tertij Pontificis maximi,  
ex sorore nepos dignissime, ita Dei Opt. Max. mutu me-  
dicamenta quedam pro illis arcendis inueniuntur, ex  
finibus orbis Europam mundi regiant partent transuec-

huntur. Inter quæ multorum uotis Cynarum radix, tanquam primatum obtinens adnumeratur. Et inter ea tanquam Deorum domini ad salutem humanam conseruandam reponitur: que quia in Sinarum regione: finibus Indiae contermina nascatur, ad quam Lusitani nostri contineo mercium exercendarum gratia confluunt, & inde eā afferunt, cynarum nomen sibi merito uēdicauit. Est enim cyna, uel sīna (ut Cosmographis placet,) Indiæ trans gangem quæ ad Sericā terminatur, contermina regio. Nā India trans gangem ab occasu alteram habet Indiam, & Gangem fluuium: à Septentrione Scythiam, & Sericam: Ab ortu Sinarum regionem. A' meridie Indicū pelagus, Et ut nostris placet Lusitanus testibis oculatis, quorum (ut apud Plautum est,) plus ualeat unus, quam decem auriti: Cynarum hæc regio Scythiae contermina est. Cuius incole albi subruffi, proceri, Germanis similes sunt. Qui, ut cæteri mortales, quū multis obnoxij sint morbis, quos paulo post enarraturi sumus, ad hanc se conuertunt radicem, & ad eam tanquam spectatissimam salutem, ac sacram anchoram, naufragij tempore, configiunt. Quam ex Cannarum quodam genere apud littora maris nascente, effodiunt: quod ita esse radicis ipsius figura ostendit: quum cannarum communium nostrarum radicibus similis sit, fungosa, nodis cincta, intus cum rufo colore albescens: nam exterius rubescit. Recens præfertur: quæ ualde est grauis, & ponderosa, undique solida, non corrosa: sed uiuido quodam fulgore foris cum quadam lenitate rubricata: quam turce lucri etiam audi, inter rhabarbarum, nunc in Italianam uenalem afferre incipiunt. Gustu tamen insipida est, quandam præse ferens unctuositatē. Ex quibus omnibus iunctis eius, dunt axat effectibus, iudicandum.

candum est radicem hanc stecam propè tertium gradum esse: humiditate uero primi metas non transcendere consentaneum est dicere. In actiuis enim qualitatibus symetra, & temperata ab eo, qui in Galeni regia uia instrutus incesserit, constituetur. Si ad earum tamen aliquam accedit, ad caliditatem dicendum arbitror. Valet autem radix hec ut ad illustrissimum Cosinam medicem secundum Thuscorum ducem scriptissimus, corporis malo habitui cachexiae dicto: Hydropisi aquofæ, quam Græci ascident dicunt: Vertigini, hemicranie: destillationibus à pituita & crassiori bile ortis, catarrhis dictis: podagræ, chyrae græ, Arthriti, coxendicum doloribus, febribus pituitosis, morbo Gallico, lepræ, scabici. Item stomachi & oris uen triculi humiditates consumit: & earum uitia emendat. Proinde studiosis, & mente occupatis unice opitulatur, ac conducit. Colicas affectiones mirifice curat: & matrem uitia corrigit. Membrorum diuturnos dolores, & in ueteratas fistulas, ac scirrhosos tumores & contumacissimas strumas sanat. Elephantias prodest. Sudorem unice excitat, & sanguinem mundificat: ac scenes repuerasce re facit: & macilentos obesulos reddit: Vrinam cit & calculum frangit. Ad hec paralyssi, hoc est, laxatis ner uis: & convulsioni, hoc est, nervis retractis, multum pro desse nouimus. Saluberrima enim medicina hec est: et laude digna: quum predictis proficit morbis, & uarijs alijs ortum à pituita, & bile crassiori trahentibus: ut experientia ratione firmata deprehensum est: & indies magis confirmatur. Utuntur quippe medici cynarum radice ista contra citatos morbos: quos maxime depellere, ac in totum conuelleret, tum ipsi, tum Lusitani nostri, qui magna cum gloria illic uersantur, & hodie regionem illam fre-

quentant, ac cum incolis maximum commixtum habent,  
aperte testantur. Nec sane abs re, quum radix hæc sicca  
paucō calorū iuncta (ut diximus) sit, quibus qualitatib-  
us, omnibus citatis affectionibus conducit, & auxiliatur.  
Sed non solum (ut Sciolī quidam putant) qualitatibus  
primis radix hæc tantum opitulatur: sed specifica, et  
propria potius quadam uirtute prædicta: aliter unum-  
quodque simplex medicamentum temperatura exacte sic-  
cum, pauculam quandam caliditatem coniunctam habēs:  
eadem aut similes operationes consequeretur. Quod fal-  
sum esse omnes docti norunt. Decocti igitur huius radicis  
modum conficiendi, ac ægrotis exhibendi, iam nunc  
tempus erit aggrediamur: ne in longum rem ducamus.

Nam de hac radice libellum edere paramus: ubi ad amissim  
hæc diffusius differuntur, & latius describentur. Nūc  
sit hoc quasi operis præludium maioris: & si Vesalus Cæ-  
saris Doctus Medicus, & Anatomicus insignis, huius ra-  
dicis dotes libello suo, quem de radice cynarum inscripsit,  
tractauit: quas tamen omnes non uidetur fœliciter prose-  
cutus: parcat uir Anatomicus, & Germanus, cui merito  
quoque parcendum est: quum à Cynis, & Lusitanis, qui  
cum eis frequenter uersantur, & in Europam huius radicis  
usum traxerunt, uerus, genuinus, ac proprius proprie-  
nandi eam modus petendus sit: quem nos Olisippone,  
Anthuerpiæ, Ferrariæ, Venetijs, Anconæ, & Romæ: lon-  
go temporis tractu in praxim traximus: pluries radicis  
huius effectus considerantes. Sed ne iam de nobis lecto-  
res, ac ægrotantes querantur ad Methodum, et ueram re-  
gulā huius radicis ægrotantibus propinandi decocti ac-  
cedamus. In primis qui predictæ radicis decoctum ebibe-  
re decreuerit multis antea diebus optimo uti uictu, & à  
Venea

Venere quammaxime abstinere debet. Et non minus etiam perdurante curationis tempore. Et post ipsam peractam curationem, saltum per mensum. Aliter autem ad hanc curationem non accedat, nec huiusc concredat radici. Cō silio deinde alicius docti, & experti medici, qui decoctū ebibere uoluerit, secundum morbi exigētiam Syrupis aut decoctis ad rem facientibus, prius ebibitis, purgabitur.

Quod si sanguinem minuere expedierit, id quoque ut exequatur maxime conuenit: siue opus hoc per uene sectionem, aut cucurbitulas eute scarificata: aut per hyrudines anni uenis admotas conficiatur: immo bis, & ter euacuationes, modo expeditat, repetere, si uirtus constiterit, minime formidandum est. Corpore igitur bene euacuato. Solent cōmunes medici huius radicis pondus ad quatuor supra uiginti uncias, quatuor & uiginti diebus dicatas tantum admittere: quod opus pauperibus leuioribus morbis oppressis (mea sententia) circumscribi posset. Secus autem regibus, aut principibus, aut ijs qui diuitijs abundant, & grauioribus uitijs torquentur: quum ijs maior radicis quantitas admittenda sit: & cura longiori tempore sit proroganda, quū graues ac diuturni morbi paucis diebus ex toto eradicari, ac extirpari non possint: expedit igitur ad trigesimum quintum diem, & quadragesimum, & amplius, si morbus postulauerit, et uires constiterint, in hoc dādo decocto accedere. Nec enim ob hac uerus tradendi ordo perueritur, aut immutatur: quum is uerus, et ab incolis sinarum in usu sit habitus. Vidimus autem nos quendam Iacobum ab Olanda Lusitanum fistula quaz dan laborantem: qui quum apud Indos, & Cynas diuersatus esset, & contra morbum radicis, huius decoctum suo modo appararet, non unam tantum radicis unciam

pro uice, aquæ macerabat, et incoquebat: sed potius duas, & tres: ut fieri ab ipsis Indis, & Cynicæ incolis animaduicerat. Irridebat autem is nostros Europeos homines: qui Radiis tam exiguam portiunculam in tantam aquæ quantitate coquebant: atque inde non nisi decoctum dilutissimum resultare meritò contendebat. Sed ratio tam paræ quantitatis coquendæ, & causa hæc est. In Europa enim Radix hæc primum caro, & magno pretio uendè coepit: quo factum est, homines ut tam magnum pecuniarum fugerent dispendium, singulis diebus ad singulas uencias se astrinxerint. Sed nunc quū sit ipsius felicior prouentus, et copia, eius pondus augere possunt: minori enim prelio nunc habetur. Sed ea maximæ, quæ in Lusitaniam aduehitur, quæ plerunque uetus, ac corrosa est, ad hæc euainida, leuis, uirium magnam partem deperditam habens: quam per septem, uel octo cōtinuos menses prospero etiā flante uento, per mare naui portetur. Cuius humiditate suas amittere uires creditu est facile. Illa uero quam in Italiam tureæ terra, et in Canelis nunc afferre incipiūt, perfectissima est, granissima, succosa: quæ singularibus medicinis comparari potest. Sed age, consuetum modum pro exemplo admittamus: quem quum in præsenti examinauerimus, uerum, amplum, & apud Cynas in consuetudinem repertum, exponemus. Iubeat igitur qui decoctum hoc eibere uoluerit quinque, uel sex terrea uasa, et si fieri posset intus uitrectata, parare: sexdecim aquæ librarū unūquodque capax: quæ ollas quis potius appellaret, ore augusto. Non minus quoque tripodem ferreum pruinas & xanthivs, id est, fumum non expirantes, & carbonem continentem paratum habeat: qualcm aromatarij, & pharmacopolæ in officinis habere solent.

Vniciane

Vnciam igitur unā Radicis huius, aut ut nos cupimus, & cynicolæ moliuntur, duas & tres in tenuissimas tabellas orbiculares numismatis figura, acutiori cultro diligenter incidi faciemus: quas ollæ duodecim aquæ libras fontanæ, & puræ continent, infundi iubemus: & eas maccari per uiginti quatuor horas permittemus. Postea uero ollæ orificio optimè obturato, prædiclo igni olla admouebitur, ut lente ebulliendo ad consumptionem tertię partis aqua deueniat. Etenim olla sexdecim librarum aquæ capax, in qua duodecim tantum immitti diximus, uero froure intumescente decoctum per ollæ os exiliret: & uires amitteret. Deposita igitur ab igne olla, cineribus calidis optimè pannis obuoluta admoneri debet: ut frigore non alteretur. Quum enim diem unum, uel alterum ad plus, decoctio transcendit, illico arcessit: ut quisque expiriri poterit, & auxiliij loco magnum affert nocuūtum. Curabit igitur quisque decoctum hoc parare, nocte præcedenti cum diem, in quo ehibere id decreuerit: ita tanen ut quum unciam unam decoxerit, alteram aquæ subniersam, ac infusam habeat. Singulis enim diebus recens (ut dixi) decoctum hoc parari debet. Cuius libram plus minus per colum lineum densum, uel (ut dicunt) manicam, traiecitam apprime calidam, & grotus, quantum eius caliditatem ferre potuerit, in cubili ie uno stomacho bibitus est: & optimè lodicibus coopertus sudorem euocare, quem per duas horas ferre curabit. Calidis uero linteis postea sudore absterso, linea sine subucula recenti calefacta uestitus, ad uictum accedet: de quo infra dicturi sumus. Est enim decoctum hoc gustui gratum, uel saltem non displicens: à prandio uero sex interpositis horis ante coenam idem decocti pondus eo dicto modo, calidum ehibet: à quo.

ut

ut superius sudorem prouocare curabit, omnia (ut dixi) faciendo. Sunt tamen nonnulli, qui quatuor à cena horis quam alij uadunt dormitum, decoctum hoc ægrotis bibendum tradant. Quibus sanè minime ipse aduersarer: quum profundiori somno sudor copiosior illiciatur. Primum tamen ehibendi modum cynæ, ut potè à maioribus suis traditum, in usu habent. Porro decocti parati residuum in prandio, & coena, ac interdiu ehibitur calidum: illi semper pro uice zucchari fini unciam unam, uel alteram miscendo: & quo plus eius bibitur, eo melius est, modo à natura bene gubernetur: nec in stomacho flueret: multam enim zuccharum hoc ad rem facit. Cuius uulgares, & ijs qui de huius Radicis decocto notitiam habent, nullam penitus mentionem fecerunt. Abstergit quippe zuccharum hoc, & aluum lubricum reddit, quod unū presummo in hoc propinando decocto habendum est: ut experientia compertum habeo: quum decoctum hoc, uentrē natura sua constringat: & aluum restrictam faciat. Hoc enim citato modo ægrotantes, ut ijs, qui hactenus illis imperarunt, placuit, ad uigesimum quartum diem accedebant: quibus duodecim alteros addebant: & cocta frustula ad umbram exicabant: ex eis secundum parantes decoctum, quod in illis ehibebant diebus. Sed mea sententia ex primo decocto remanetibus frustulis octo aque librae super infundi debent, & ad ignem coqui: quousque earum quinque mancant: quod secundum decoctum ad clysimos parandos, & ut in eo Gallina, siue capus elixetur acceditissimum erit: ut paulò post dicemus. Primo tamen decocto si que sunt pustule, aut ulcera, eo lauanda sunt. Sed uictum, ac eius sumendi ordinem iam nunc describere tempestiuum erit. Qui igitur ad hoc ehibendum decoctū accesse-

accesserit, quod potissimum à mense Martij ad septem  
brem erit, modo magna non urgeat necessitas, conclave  
à uento immune, ac calidum habendum curabit: in quo  
per totum tempus manere optimum sanè esset. Sin autē,  
post clapsos quindecim priores dies, ueste pellibus fulcia-  
ta, aut pannis optime cooperitus, & indutus exeat. Par-  
citas tamen cibi in hoc regimine summa commendatur.  
Nam quanto quis magis à uictu abstinuerit, eo melius  
erit: ut ex regimine Guaiaci ligni deprehendere quis po-  
terit. A' sale igitur, et rebus salitis summopere abstinctat  
eger, decet. Similiter ab aceto, rebus acidis, & acribus.  
Parcus sit oportet, & ager, & (ut dixi) paucis contentus.  
Cui panis optimè subactus sit: & absque sale pistus, uel  
ut res postulat ipsa, bis coctus nauticus dictus: sed saccha-  
ro paratus, prout Venetijs, et Pisis, et alibi parari solet.  
Vinum tamen in totum fugiat: & illius uice, hoc (ut di-  
xi) decoctum ebitat: Si à uino tamen abstinere non po-  
tuerit saltē decocto optimè dilutum ipsum bibat. Car-  
nes uero sunt Gallinarum optimarum ueluti Patauinaz  
rum, non uero Antuerpiensium: quarum carnes caprinis  
sunt duriores, & succum pessimum adgenerantes: Aut ca-  
ponum, perdicis, phasiani, aut anicularum in dumetis  
uigentium, que aqua elixa potius, quam ad ignem cocta  
absque mica salis hucusque cōcedebatur: hac præcipue de  
causa, quia decoctum hoc maxime exiccat, constringit, ac  
aluum cohabet: res quas aßē carnes magis augent: &  
ideo aqua cocta laudantur: sed (ut mea fert opinio) aßē  
carnes magis ad rem faciunt, ut experientia quoque com-  
probatum habemus: nec quicquam laedunt: quia saccharū  
decocto, uice potus in prandio, & cœna, ac interdiu ue-  
nienti, mixtum (ut dixi) uentrem facilem reddit. In cura-  
tionis

tionis tamen successu liberalius assē carnes admittuntur.  
 Sed plus in prandio comedat, parcius autem in cœna: &  
 si aliter sentiant Curtij sequaces. Sit igitur in prandio  
 contentus paucula Gallinæ carne, aut aliūm prædicto-  
 ruin, aliqua. Secundo apparata decocto: ut inferius la-  
 tius: in cœna uero amygdalis dealbatis, aut uua Sole exic-  
 cata pro obsonio cōtentus euadat. Si carnibus tamen ue-  
 sci debet, assē sint potius, quam aqua coctæ. Claudat ta-  
 men cibum semper diacitoniten succharo confectum, aut  
 coriandrum succharo incruseatum. Sed & mel coctum  
 suminopere in hoc regimine commendatur. Cætera uero  
 hic à nobis silentio prætermissa, tanquam à nobis denega-  
 ta putato. Cæterum si carnes aqua coqui debeant, nico  
 quidem consilio in decocto secundo ex remanentibus ta-  
 leolis apparato(ut dixi) elixari debent: Quod ius etiam  
 potus uice admitti poterit: quium antea nullum carnium  
 ius concedebatur. Ex quo quoque secundo decocto, si al-  
 uus non responderit elysteres parari debent, adiecto olco  
 chaniomelino, aut uulgari, & salis pauculo, cum unciola  
 una, aut duabus cocti mellis. Si uero aliūs omnino reſtri-  
 cta fuerit, & non recte responderit, immo nihil deiece-  
 rit, pharmaco leniori in medio curationis uti optimum  
 erit; ueluti in curationis fine semper fieri solet. Hæc bre-  
 uiter, & raptim Princeps Illustrissime nobis de Radice  
 Cyanarum se offerunt, que tanquam præludium ab libele-  
 lum de hac re à nobis propediem scribendum, Excellen-  
 tiæ tuæ dicantur: que si tibi placere cognouero ad maio-  
 ra alacriter me accingam. Tu interea bene uale, & Ama-  
 tum amplitudinis tuæ amantissimum famulitio tuo ada-  
 scribere ne dignare: iterum Vale.

**CVRATIO TRIGESIMA SECUNDA,**  
*in qua agitur de cholera morbo, simulq; de Axio-*  
*mate hoc, Raphanus digerit & non*  
*digeritur.*

**G**Aspar de Robertis & genere nobilis, & opum af-  
 fluentia insignis, uigente æstate quum in coena ræ-  
 diculis, quibus interdum delectari maximè solebat, uesce-  
 retur quinta hora noctis in cholera morbum lapsus est.  
 Simul autem et uomebat, & egerebat. In Aurora uero in-  
 gressus ad illum, cum adhuc cholericas has bilis sursum, ac  
 deorsum eruptiones pati comperi: qui de uentriculi gra-  
 uidine, ac in eo erosionibus perceptis quoque conquere-  
 batur. Quibus auditis, aquam tepidam bibendam illi  
 dedimus. Qua multa mucosa, pituitosa, nidorosa, inter  
 qua incosta quadam, & semicruda uidebantur, euomit.  
 Repetita uero eadem tepida aqua nihil præter aquam  
 ipsam euomit, aut deorsum egescit. Qua de re, ad uentri-  
 culum roborandum, & somnium conciliandum nos diuer-  
 timus: quum duo hæc, sat is ad uniuersam conficiendā cui-  
 rationem esse, nobis uidebantur. Extrinsecus igitur & os  
 machus sic roboratus est.

Recip. Olei Nardini

Mastichini,

De Absinthio.

Misce fiat linimentum.

{ an. unc. f.

Solent autem ad hanc complendam intentionem, scue-  
 ta parari stomachalia, quorum exemplum, sic ha-  
 betur.

Recip. Ladani puri & boni. unc.f.

Masti-

Masticis,  
Cinnamomi,  
Gariophyllorum  
Ligni Aloes,  
Menthæ succæ,  
Absinthij  
Nucis moschatae.  
Resine,  
Terebinthine } an.q.sufficit.

ad ignem fiat ceratum, secundum artem: & in panno la  
neo coeco infecto , ad scuti figuram redacto extendatur,  
& fiat scutū stomachale: cui addi posset Galliæ moschac  
tæ odorifere. drach.media, possent quoque non minus ex  
prædictis simplicibus parari unguenta: fomenta:cerata:  
inunctiones,linimenta,& similia.Sed prædictis oleis inc  
unctio satis pro hac complenda operatione fuit . Per ea  
uero que intro sumuntur. Ventriculus quoque ita robo  
batur:& primo, Recipe Minæ cidoniorum cum specie  
bus, unc.z. specierum diamoschi. scrup.f. Misce; & fri  
gidum bibat: Aestate enim syrapi,& huiuscmodi potus  
frigidi eibi debent: ut memorie cōmendauit Gal.& nos  
Centuria prima harum med. curat.adnotauimus. Postea  
uero panis biscoctus succharo paratus, gennero quodam  
uino astrictionis partice irroratus, illi oblatus fuit: ac  
postea capus assus cinnamomi pulucre respersus . A iuri  
bus uero, utpote stomachum laxantibus , tunc abstine  
mus,ucluti à rebus duris,concoctu difficultibus. Sed à cibo  
illitiones cum sopori feris circa frontem, tempora,& na  
res, facta sunt: & somnus conciliatus fuit . Post quem,  
se sanum no:i sine artis medice laude esse dixit. Cæterum  
nos non remediorum syluam unicuique morbo facien  
tium

tiūm describimus: Sed ea potius quibus tantum iūs sumus.  
Decretum autem à nobis est, morbos prout nobis se offe-  
runt, ex illis adhibemus medicamenta tantum citare.  
Aliud enim est casus, & morborum historias describere:  
aliud uero practicas inculcare.

## S C H O L I A.

Cholera morbus, quem practicarum autho-  
res cholyricam, uel cholericam passionem ap-  
pellant: immodica uētriculi perturbatio supra,  
infraq[ue] erumpēs est. Quum enim cum uomitu,  
& deiectione, biliosa deiçciuntur, tunc cholera  
morbus appellatur. De quo Alexander Græ-  
cūs libro tertio suæ medicinæ, capite quartode-  
cimo, ita doctissime admodum, tradit. Nemo  
uero credat χολεραν appellari à Græcis, ob bi-  
lis ut uulgas putat abundātiā, & cholerica no-  
minari biliosa, sed à multo bileæ materiæ flu-  
xu, qui p[ro] inferna & superna sit: hoc ē, intestina,  
uentrem, & os. Prisci nanque Græci, χολάσσε  
intestina laxiora, quod in ea χολὴ fundatur, ad-  
pellant. Et inde hunc morbum cholericum, hoc  
est, intestinorum affectionem gens eadē cognominauit, & cætera. Cæterum, Morbus is  
ob id, quod magno impetu & syncope, ac usq[ue] prostrationē saepē irruat, ab Hippocrate, & me-  
dicis, inter acutos morbos, reponitur. Oritur  
enim morbus hic, eodem Hippocrate auctiore,  
libro septimo de morbis popularibus, & saepē  
alibi: plerunque in æstate, ex Carnis esū, maxi-

me suillæ crudioris : ex cicere & ebrietate uini  
odorati ueteris & insolatione, & sepñs, & locu-  
stis, & Gammaris, & ex olerū esu, maxime por-  
ri, & ceparum. Insuper & à lactueis coctis, &  
brassica, & rumicibus, crudioribus, & à placen-  
tis, ac dulciarñs, & mellitis libis, & à fructib<sup>9</sup> po-  
morum, & cucumere pepone, & uino lactei te-  
poris, & eruo, & polenta recēti, quibus nos ad-  
dimus, ab esu raphanorum, quos Hippocrates  
hic silentio præteriuit, quia suo tempore nondū  
in uictus usum eos homines traxerant: sed ipsis  
tantum pro uomitu proritando urebantur:  
quos radices, uel radiculas absolute libro. 2. de  
morbis mulieribus, appellat. Qui procul dubio  
ventriculum perturbant, & cibum ex eo inco-  
etum descendere faciunt: & uomitum maxime  
prouocant. Quo sit, ut Galenus, quum hæc ra-  
phano inesse nouerit, libro de Cibis boni & ma-  
li succi, inter olerum radices acrimoniam habē-  
tium, & malum succum gignentium, eum cōnu-  
merarit. Quin & libro secundo de Alimentorū  
facult. cap. septuagesimo eos medicos, ac idio-  
tas carpit: qui post cœnam coctionis iuuandæ  
gratia, raphanos siue radiculas crudas ipsas es-  
tant: firmantes alioqui, rem hanc experientia sa-  
tis ipsis exploratam esse: quum tamen ñ, qui ip-  
sos sunt imitati, omnes læsi fuerūt. Ex ñs uero,  
quos Galenus taxat, medicis, Dioscorides est, q  
libro uigesimo suæ medicæ materiæ, capite cē-  
tesimo tertio. Raphanos à cibo edendos suader:  
quum sic ingesti digestioni magis conferant.

Præ-

Præsumpti enim cibum in stomacho supra se suspendunt: & uomitiones concitant. Quibus uerbis subscripsit Auicenna libro secundo sui Canonis, capite de Raphano, quū dicat, Est ma-  
lus stomacho, faciens eructare: & post cibum lenit uentrem: & facit cibum penetrare: & ante cibum facit natare cibum, & non quiescit: & propter hoc facilem efficit uomitum, præcipue cortex eius cum oxymelite. Nos uero olim quam Dioscoridem Commentarīs nostris clariorem reddidissemus, Galenum cum eo unani-  
mem, ac concordem redigere in hac re pro uiri-  
bus laborauimus. Demum post multa hinc in-  
de quæsita, in quendam Simeonem Sethi inci-  
dimus: ex quo concordiam deprompsimus:  
quæ ita habet. Si uentriculus calidus sit: & fa-  
cile fluat: nec ad flatum gignendum aptus sit:  
tunc radiculæ edendæ sunt in coenæ initio. Si  
uero uentriculus contrario modo habuerit: post  
coenam potius uictitandæ sunt. Iis enim Dioesco  
ridem cum Galeno conciliaum iri pro tunc pu-  
tabamus. At nunc rem penitus aduertens, nihil  
discriminis; & discordię inter & Gale. & Dioesco  
ridem in hac re reperiri iudicamus. Inquit autem  
Galenus citato loco, Radicula, radix ex īs est,  
qbus assidue uescimur: estcꝝ obsoniū magis, ꝑ  
alimentum, & quam crudam urbani homines,  
ut plurimum ante alios cibos cū garo alui deī-  
ciendæ gratia mandunt. In quo capite, eos dete-  
statur, qui post coenam coctionis iuuandæ gra-  
tia, crudas radiculas ipsas esitant. Nec enim un-

quam Galenus ipse inibi, aut alibi (quod meminerim) radiculis tribuit concoquendi uires. Immo potius in eos debacchatur, qui ipsis pro iuuanda concoctione usi sunt: quum experientia deprehensum habeat, ipsas potius concoctioni obesse, quam prodesse. Ipsiſ tamē ille (uelutī sui temporis homines) pro obſonio, ad incitandam deiectam appetentiam, & citandam aluum, in cœna cū garo, pauculo, quandoq; acero admixto, in cibi initio utebatur. Quæ omnia Diſcoridi minime aduersantur, ut legenti manifestum euādet. Inquit autem Diſco. Radicula stomacho parum accommodata est: ruſtus & urinā cit̄ bonam itidem facit aluum: Sed oporiet à cibo eam sumere, ſic magis digestioni conferentem. Eis enim uerbis Diſcorides nunquam radiculam concoctioni prodesſe dixit: Sed magis opōſitum: quum ſtomacho eam parum accōmodatam dixerit. Quæ enim ſtomacho accōmmo- data non ſunt, ſed illi potius aduersantur, ea du- bio procul tantum abſunt, ut concoctione iuuent, ut eam potius mirum in modū impediant, ac corrumpant. Digestioni tamen prodesſe di- xit: ob quæ uerba mulii decepti ſunt: credētes per digestionem, concoctionem Diſcoridem intellexisse. Quum tamē digestio, distributio fit, & digerere, distribuere. Præſupponit autem di- gestio concoctionem. Nam ut optimā fiat di- tributio digestio dicta, optimā concoctio pri- mo fiat opus eſt. Ut igitur cibus in prādio ſum- ptus ante cœnam distribuatur: & ex uēſiculo, si quæ

Si quæ sunt eius remanentes partes, per pylorū,  
& gracilia intestina, ac meseraicas ad iecur, & in-  
de per uerias in uniuersum corpus, relegentur,  
sudet Dioscorides post cibum radiculas esse  
edendas, quum earum hoc sit munus, cōficere.  
Quod Gal. aduertens suadet, monerē ne quis  
radiculas post cœnam comedat: sed ipsis po-  
tius ad conficiendam distributionem ante cœ-  
nam esicer. Nouit enim Gal. Radiculas digeren-  
di, hoc est distribuendi uires habere, quæ illico  
si post cibum comedantur, cibum ante conco-  
ctionem ex stomacho incoctum detrudent: un-  
de crudi humores oriuntur: à quibus meatuum  
obstructiones: stomachi perturbationes: & ua-  
riæ aliæ affectiones gignuntur: quemadmodum  
experientia comprobatum Galenus contra nō-  
nullorum medicorum, & idiotarum usum, ha-  
buit. Quæ omnia Arabes considerantes nun-  
quam radiculis ausi sunt concoquendī uires tri-  
buere: sed eas potius quas Gal. & Diosco. illis tā  
tum donauerant, scilicet, quod digerendi facul-  
tatem habeant. Vnde ab Auerroe, uel eo aliquo  
priori, dictum est, Raphanus digerit, & non di-  
geritur: hoc est, distribuit, & non destruitur.  
Destribuit quippe sua acuitate cortici superiori  
hærente: non distribuitur uero, quia ex hjs sit ci-  
barijs quæ difficulter concoquuntur: & diu in  
stomacho manēt. Arabum tamen Alseclæ uer-  
bum hoc digerere, pro concoquere semper acci-  
piūt, ignorantes alioqui uerbū hoc digerer, tāe si  
apud ipsos arabas pro concoquere accipiatur;

G 3 aliquan



aliquando tamē sua propria significatione pro distribuere comperiatur: ut in hoc euenit axiomate, Raphanus digerit & non digeritur. Significat autem uerbum hoc digerere idem, quod distribuere, seu ordinare, uel distinguere, aut disponere: & digestio idem quod distributio, distinctio, seu ordinata compositio. Quam Gale. libro diffinitionum sibi adscripto, ita describit: Digestio est concocti, ac confecti alimenti, & in sanguinē conuersi, in corporis particulas omnes attractio: quam natius calor molitur. Ex quibus uerbis satis clarum euadit digestionē hanc, seu distributionem à concoctione differentem esse. Id quod lucidius Gale. ipse exposuit, libro secundo de Facult. natur. quum digestionem siue distributionem hanc, ab expulsive, & attractrice simul: alijs à concoctione facult. confici dixerit. Non minus quā, quod alia extant medicamenta digestioni, siue alimentorum distributioni facientia, & alia concoctioni: quæ p uaria tempora quoque tribui debeant: ut quarto de Sanitate trœnda libro legitur. Sed clarius hoc, libello illo, cui titulus est, Qd' animi mores corporis temperaturā sequuntur, elicetur, quū de uino agit: dicens. Re uera si cōmode eo uiaris, & cōcoctioni, & digestiōi, & sanguinis generatio- ni, & nutritioni cōfert abūde. Sed de ijs satis, & ut rei de qua agitur, finē imponamus: dicimus. Quod radiculæ concoctionem potius impe- diunt, quam illi commodum aliquod afferant: quia stomacho aduersantur, & contradicunt:

cum

eum subuertendo, & perturbando, ut ex eis putridis obortis ruftibus percipitur. Exemplū est, quod raphanus aquæ maceratus, ipsam aquam fac illinie corrumpit: & inficit. Vnde mirari non est, si ob eius abundantilorem esum, ægrotus noster in cholera morbum lapsus fuerit. Nam raphanus uomitum irritat: stomachum peruertit: cephalalgiam inducit: caput grauat: destillationes potissimum gignit. A' quibus Poda-gra, chiragra, & graues aliae affectiones ortum trahunt. Proinde qui sanitatem conseruare uoluerit, ab eo quantum fieri posset, abstineat, suas derem. Si comediat tamen omnino debeat cum Galeno, cœnæ initio comedatur, consulerem: quum ciborum appetentiam facit: & aluum lubricam reddit: & urinam cit, & alimentorū distributionem, digestionem dictam complet. Quibus addere est, quod in cibi initio raphanus comestus suas saepe putidas occultat eructationes: quas politicus homo coercere, ac fugere pro viribus debet. A' coena uero ingestus, præter quod concoctionem non iuuat, quum concoctio à solo calido innato conficiatur, alimen-tum sanè ineptum pro concoctrice iuuanda facultate reputari debet. Quum ei nulla insit aromaticitas: quæ uentriculo roborando commoda sit: sed acredo potius quædam magnæ flatuositati coniuncta: quibus concoctionem perturbat: & incoctum à uentriculo cibum descendere facit. Quod unū ab eo, qui sanitatem uult conseruare summè cauendū est. Paulatim enim,

(ut dixi) cruditates ab ingestis eis radiculis sunt: quæ temporis tractu, quū auctæ sunt, meatus obstruunt: ad quorum obstructiones putrefactio oritur: & morbi grauissimi, ac letales nascuntur. Nec n. minus huic rei evenit, q̄; guttæ lapides excauanti, iuxta illud s̄epe à Galeno citatum, Assiduo illis durum cauat undula saxum: Radicularum porro solia apprime diuretica, & aperientia sunt, ut omnes norunt.

**CVRATIO TRIGESIMA TERTIA,**  
in qua agitur de quodam, qui ex unguento  
illito, supra scabiem, intra noctē obiit.

**I**VENIS quidam Florentinus, quem scabie uniuersum. I eius corpus occupante fædaretur, ex unguento, cui Arsenicum mixtum erat, præter medicorum consilium, se illeuit: ac eum in aurora lecto decubentem mortuum domestici inuenerunt. Alterum nouimus, qui ob similem factam inunctionem in insaniam deuenit: adeo ut ipsum circum oportuerit. At quum quodam die, absentibus famulis, se à uinculis extricasset, furens impetuose per fenestram saltauit: & alterū crus fregit. Sed postea remedijs ad intus, ab utroq; malo sanus factus est. Sed postea nouimus, cui ob illitionem similem tubercula quedam exorta sunt, sanatu difficillima. Nam & plures obseruauimus qui ob hæc in febres inciderunt letales.

**CVRATIO TRIGESIMA QVARTA,**  
in qua agitur de Elephantia Anicennæ.

Quum

**Q**uum ex conduto sumus medici apud Cænobium Diui Augustini, ad nos binatim monachi eucurrerūt.

Sed unus Augustinus nomine facie tumida, corpore procero, prepostere gradu plusquam testudineo ad me peruenit. Qui quum affectiones suas inueteratas, ac diutinas enarrare cœpisset, pedes uere elephanticos, hoc est, ad genu usque tumētes, ut saccos quis diceret plenos, nobis indicat. Super quos crustæ eminebant quedam rubigine affectæ: quas interpellatis dichis, ex decocto emolliente, madefactas deponebat. Nam aliter pruritu, & in genti uellatione perdurare nequibat. Quos quum intuerer, & uniuersum eius corpus exacte perspenderem, hunc Elephantiam apud Aunicennam & Arabas descriptam, pati deprehendi. Sic enim Aunicenna Fen uigesima secunda libri tertij sui Canonis, tractatu primo, elephantiam suam describit: Elephantia est additio in pedibus secundum modum: qui accidit in uenis uaricum: quare incrassat pedem cum equalitate sua: & plerunque fit propter melancholicum humorem: et aliquando ob phlegma crassum. Rassis præterea, libro nono suo de morbis curandis ad Regem Almansorem, capite nonagesimo tertio, non aliter elephantiam describit, quam erurium cum uaricibus intumescentiam, cum totius corporis habitu colore atro perfuso. Qui affectus interea dum recens est, debitis applicatis praesidijs restitui, utcunque poterit, uel saltem quod non inualescat, aut augeatur, intercipi. Quum uero penitus radices infixas habuerit, tunc curationem nunquam malum hoc admittit. Is enim Monachus, de quo sermo agitur, malum hoc inueteratum cum totius corporis quadam præter naturali obestate, ac prurigines, patiebatur. Qui sudore resolutus, à consortio fratrum

G S discessit.

descendit, & ad patres suos migravit: non sine tamen Cænobis conmodo. Diues nanque erat, & opulentus: omnia sua bona illi relinquens. Proximum hic erit citare Petrum Simonem Anconitanum, qui præter varices, quas in utroque patitur crure, œdematosos tumores in ipsis pedibus habet. Quos pedum tumores, cum uaricibus Arabes dubio procul Elephantiam appellant: At is quū optime per pharmaca purgatus esset: & ad opus manuale condescendere decreueramus: curationem renuit: & incurvatus mansit: Veluti Caio Mario ex altero tantum cruce curato euenit: ut citat Plinius lib. undecimo, cap. 45. & ante eum Cicero libro Tusculanarum questionum.

## S C H O L I A.

Iam enim uidetis Elephantiam Arabum, longe à Græcorum & Romanorum Elephantiasis differre. Etenim (ut diximus) Arabum Elephantia pedum cū uaricibus tumor. Græcorum uero Elephantiasis is morbus est, quem Christicolæ Sancti Lazari, uel uulgares leprā appellat, & eo infectos Lazaros, uel leprosos uocat. Qui sane morbus dirus & truculentus est: adhuc crudelissimæ membra usq; ad ossa rodens: Ex quo infectis passim apud Gallos, & inferiores Germanos, uel inuite uidere est, qui promiscue nulla habita ratione, aut uictus ordine, pisces, fructus, legumina cum lacte, & lacticiniis comedunt. Olim autem (testante Galeno) in Germania raro morbus is videbatur: in Alexandria uero admodum familiaris erat: ut apud ipsum legitur libro secundo

cundo artis curatiæ ad Glau.cap.decimo.Sed  
hodie in Germania uniuersa, præcipue inferio-  
ri dicta, & uniuersa Gallia, passim morbo isto  
infectos, qui regiones illas lustrarunt, quam plus  
res uiderunt: quū familiaris admodum Belgis,  
& Gallis morbus hic sit, ut per longum tempus  
apud eos agentes, obseruauimus. Nunc uero  
quod Alexandrinis; & apud Chairum, & totā  
Aegyptum habitatoribus, morbus hic peculia-  
ris non sit: satis sumus consci;. Olim autem plu-  
rimum gignebatur ex cibatiis, quæ Alexādrei  
homines sumebant, comedebant autē farinam  
elixatam, & lentē, & cochleas, & plura salita: &  
nonnulli ex ipsis carnes asininas: & alia quēdā,  
quæ crassum, & atrabiliariū humorē generāt.  
Nā, quū circumstans aer calidus sit, motus hu-  
morū agit uersus cutem: ita ut à bile atra morbū  
hunc fieri, tradat: ac ipsum Canctum uniuer-  
salem per uniuersum corpus disseminatum, tū  
ipse, tum cæteri graues medici definiant. Ita  
enim Gal. libro secundo de morborum causis.  
cap. septimo: de Elephantiasi tradit: Elephan-  
tiasis, seu morbus qui Elephas nominatur, pla-  
nè formam immutat. Etenim nasus simus, labra  
crassa, aures acuminatæ uidentur. Nomen au-  
tem elephantiasis tractum est à similitudine Ele-  
phantis. Quoniam, ut alibi quoq; ait, qui hoc  
morbo laborant, carnem habent nigram, & tu-  
beribus plenam: ita ut Elephantum corio uidea-  
tur prorsus assimilis. Missum facio Paulū Aegi-  
ptiam Galeni simiam & ad Celsum accedamus  
qui

qui libro tertio suæ medicinæ capite uigesimo quinto de Elephantia ita loquitur. Ignorus autem penè in Italia, frequentissimus in quibusdam regionib[us] is morbus est: quem Ἐλεφαντία, Græci uocant: isq[ue] longis annumeratur, totū corpus afficitur: ita ut ossa quoque ultiari dicantur. Summa pars corporis crebras maculas, crebrosq[ue] tumores habet: rubor harum paulatim in atrum colore in conuertitur: Summā cutis inæqualiter crassa, tenuis, dura, mollisq[ue] quasi squāmis quibusdam exasperatur: corpus emacescit: os suræ, pedes intumescunt. A quo Plinius nihil quicquam dissidet: immo (ut mea fert opinio) præ cæteris tam Græcis, quam Latinis Elephantiasim morbum, longe melius describit: quum à facie & naribus plerunque oriri tradat. Quod uerum esse cum ipse, cum alijs plures, longa experientia obseruatū habemus. Ita enim libro uigesimo sexto, capite primo, tradit, Diximus Elephantiasim, ante Pompej magni ætatem, non accidisse in Italia, & ipsam à facie saepius incipientem, in nate prima ueluti lenticula: mox inualescente per totum corpus, maculosa, uarijs coloribus, & inæquali cute, alibi crassa, alibi tenui, dura, ceu scabie aspera: ad postremum uero nigrescente, & ad ossa carnes apertimenter, intumescentibus digitis in pedibus, manibusq[ue]. Aegypti peculiare hoc malum: & cætera. Hunc porro morbum Gal. dextre canibus uiperinis curari memoriae reliquit, citato libro Artis curat, ad Glauc. & libro undecimo

X de Facult. simp. med: apud quenq; notatu dignas;  
historias legere quis poterit. Quæ omnia huc  
usque Elephantiasi dicta in uniuersum ñs, quæ  
de lepra ab Auicenna, & cæteris Arabibus di-  
cta sunt, respondent: ut firmiter dicendum sit,  
Elephantiasim Græcorum, Lepram apud Ara-  
bas descriptam esse: ut conferenti notum eua-  
det. Nam Lepra Græcorum, ut in hoc diximus,  
libro, leuis morbus est, à psora, idest scabie, parū  
differens: altius enim lepra cuiem erodit, quam  
scabies. Vnde Græcorum Lepra cuius foedatio  
potius, quam morbus dici meretur. Quam Hip-  
po, libro tertio Aphoris. Aphor. uigesimo, inter  
eos morbos, qui ueris tempore contingere so-  
lent, & sine periculo sunt adnumerat. Cæterum  
Lepra, de qua in Leuitico, & Euāgelio legitur,  
morbus non est ex ñs, qui ob errorem in sex re-  
bus non naturalibus commissum contingere so-  
lent: Quum re uera affectio quædam sit ex ira  
Dei producta. Nam pro ratione peccati, lepra  
hæc contingere olim solebat: quæ sarahath He-  
breis appellatur. Quia si peccatum paruū erat,  
in parietibus domus maculæ quædam pullula-  
bant. Si uero maius in uestibus percipiebantur.  
Si uero maximum, peccatis corpus eisdem fœ-  
dabatur: qua Lepra insecti quatuordecim in die-  
bus, à Sacerdote summo iudicabantur, an ex-  
tra consorium hominum relegandi essent, uel  
non. Nec enim pro ea deponenda, humana ma-  
nus sufficiebat. Sed diuina potius opus erat:  
quum nulla medicamenta, nulla præsidia, auc-  
tem

remedia illi applicata censerebat: Sed Dei optimi maximi uoluntas. Quæ omnia hodie, ut plura alia, non extant. Ut dici merito possit, omnium rerum uicissitudo est. Fœdatio enim cutis magis quam morbus corporis, Lepra haec dici merebatur. Quo factum est, ut à Diuo Augustino recte (mea sententia) definitum sit, Lepram coloris, & cutis ultium esse: nō uero ualetudinis, aut integratatis sensuum, atq; membrorum.

**CVRATIO TRIGESIMA QUINTA,**  
in qua agitur de psora, & lepra Græcorum.

Iannes ab Antiquis nobilis Anconitanus, & Veneto Irum Consul dignissimus: quum quinquagesimum et ac vix sua annum attingeret, totus psora, idest, scabie humidiiori, & lepra secebat, pro quibus deponendis affectionibus, quum uaria, sed frustra, experiretur remedia, nostro consilio, decoctum Radicis cyniarum exhibebat: à quo liber ab ea corporis fœdatione evasit: nec amplius in eadem recidit.

**S E C U O L I A.**

Salubris autem, & encomio digna Radix cyniarum haec est, ut curatione trigesima prima huius Centuriae diximus. Caeterum, Lepra haec qua fœdabatur nobilis hic uir parum ab scabie differebat, ut latius à nobis proditum est.

Curatio

CVRATIO TRIGESIMA SEXTA; IN  
qua agitur, de quodam, qui ob rosæ odorem concit  
nuo in syncopim, et animi deliquium  
incurrebat.

PLures nouimus qui ab esu carnium in totum abhorre  
reabant. Alios quibus caseus non solum comedunt, sed  
odoratus pro ueneno habebatur. Sed & alium nouimus,  
qui nunquā pisces gustauerat: at quū semel ab amico ad  
coenam uocatus, data opera pisce siccū optimè pistū ouis  
obuolutum ederet: in animi angustias, & cordis pressue  
ras, cum uomitu, & secessu decuenit. Ita ut propè fuerit,  
ex toto spiritus illi deficeret, & moreretur. Erat autem  
huic nomen Stephanus Surdaster, natione Hispanus, pa  
tria Toletanus: at casus ij, tanquam ubique communes,  
pro nibilo forte habebuntur. Ea de causa, casum raro uia  
sum, immo hucusque ne fando auditum, describere aggrea  
diar. Monachum quendam nouimus ex Dominicorum or  
dine, non nisi nobilem, Venetum, & ex Berberigorū pro  
sapia: qui quum rosæ odoreni persentiebat, aut ex longin  
quo eam uidebat, illico in animi deliquium, & syncopim  
incidebat: & tanquam mortuus, humi prostratus iacea  
bat. Proinde à medicis consulebatur, ut eo tempore quo  
rosæ uigebat, domi maneret, nec extra prodiret, ut tantū  
malum fugeret, & in uite discriminem non ueniret.

## S C H O L I A.

Cum igitur is ægrotabat, quod raro contin  
gebat, à syrupo rosaceo, & cōditis, in quibus ro  
sa ingrediebatur, medicorum consilio abstine  
bat:

bat: non minus, quam à cassiae fistularis come-  
stione ī, quibus in odio cassia ipsa erat; quod  
plerunque cōtingit: & exercitati norunt. Decet  
igitur medicum ægrotantis non solum uniuersi-  
tatem, ad recte curandum, naturam tenere: sed  
etiam particularem, ut suadet Galen. initio artis  
curatiuæ ad Glauconem, & sexcētis alijs locis,  
ut Centuria tertia late doceatur. Animadueriat  
igitur medici, qui absentes per consilia ægrotan-  
tes curare contendunt.

### CVRATIO TRIGESIMA SEPTIMA,

in qua agitur de Herpete miliari.

Vuenis qui præterat diuersorio extra ciuitatem ad  
hortos herpetem miliarem in scemore patiebatur.  
Erat enim rubedo quædam uisida, ut in Erysipelite, cu-  
tis tantum superficiem præhendens, multis pustulis gra-  
nis milij similibus foedata: à quibus affectus hic herpes  
miliaris dictus est. Fit autem Galeno autore libro secun-  
do artis curat. ad Glau. & bile quidem non admodum ca-  
lida & acri, uel ut Oribasio placet, ex flava bile pitui-  
tae mixta, de quibus legitio Curat. uigesimam quintam bi-  
ius Cent. & inferius in scholia. Nunc uero curationem  
huic iuueni adhibita pro hac deponenda affectione pro-  
sequamur. Nam quum affectio hæc ex bile subtili, pauca  
interueniente pituita, orta sit, per ea medicamenta, que  
bilem purgant, & aliquantulum pituitam respiciunt, sic  
affecti euacuandi sunt. Item, quia humor subtilis, &  
blosus est, nulla expectata concoctione deponendus uide-  
tur. Illiōc igitur quum ad eum peruenimus pharmacum  
hoc

hoc illi propinuum. Recip. Syrupi rosati soluti unciæ quatuor, diaphiniconis drachmas tres: infusionis tam marindorum, unc. 3. Misce fiat potus, quem in Aurora bibat: quo multa liquida biliosa egesit. Succedete uero tempore, syrups alterantes calidam intemperiem descripsimus: & ita habent:

Recip. Syrupi rosati, unc. 1.

Cicoreæ s. unc. 1.

Aquarum Endiuæ, } an. unc. 2.

Cicoreæ

Misce, quos per aliquot dies continuet.

At Topica medicamenta primo sic applicata sunt:

Recip. Succi Plantaginis } an. libr. s.

Solani

Aceti rosati. unc. 2. Misce,

In quibus pannus lineus intinctus superponatur malo: et sepe innouetur: Sed quum malū perseveraret, cataplasma hoc applicatum fuit, quod habet.

Recip. Plantaginis.

Rosarum,

Solani,

Caudæ equinæ.

} an. m. 1.

In sufficieni aqua fiat decoctio. Facta decoctione & co-latura predictas herbas in mortario tere, quibus adde farina hordei, lentiū, an. uncias tres, Vini granatorum acetosorum uncias tres, predicti decocti quantū ad spissitudinem mediocrem sufficit, misce fiat cataplasmum: & de superponatur. At quum exulecratæ pustule fuerint, ad unguentum de plumbo deuenimus. Quo sanus exacte factus fuit. Suadet namque Paulus in hac curatione, ut potè pustulosi herpetis, libro quarto, capite uigesimo: recre-

H mento

mento plumbi ex uino austero leuigato, ut anur; Super quo plantaginis folia indidimus, & basilice habuit. Nec enim ad sanguinis missionem decuenimus, quam et si Galenus, & cæteri cum sequentes medici pro hac curanda affectione non admittant: Neoterorum tamen consilio, præcipue Mathei de Grado, auertendi gratia, ex basiliæ eiusdem lateris fieri poterit: ut in Curatione phreniti dis apud ipsum legitur. Suadet autem Gentilis de fulgineo nobilis Avicennæ enarrator, ne bilis furiat, in uera phrenitide, sanguinis extractio non fiat: ueluti quoque in puro Erysipelite, & herpete hoc miliari, quod ex bile quoque subtili originem trahit. Cui Mathew de Grado adstipulatur, præsertim in sanguinis missione, quæ euacuandi gratia fit: Secus autem in ea quæ auertendi ratione admittitur: quum hæc tantum abest, ut noceat, aut billem in furorem & acridinem trahat; ut eam potius refrigeret, & domet, ac ægroto magnum afferat iuuamen. Parca autem diversuha hæc sanguinis missio est: nec ita copiosa, ut ea quæ euacuandi gratia fit.

## S C H O L I A.

Herpes, duplex à Galeno, & cæteris medicis notat, alter herpes est hiomenos, id est, exedēs; uel depascens dictus: qui ea de causa ulcerosus nominatur: & absolute ab Hippocrate, & Galeno postea libro quarto decimo Methodi medendi herpes appellatur. Fit autem eodem Gal. teste, libro de tumoribus præter nat. quando flúxio biliosa exquisita nulla alterius humoris interueniente mixtione in aliquod membrum decumbit,

cumbit, ac cōsistit. Tunc enim acrior reddita, & crassior, quam propriam, & sibi à natura insitam humiditatem amissam habeat, totam exulcerat cutem ad suppositam usque carnem. Ferè enim affectio hæc cum Erysipelite ulceroso esse uidetur. Sed differt testante id Galeno, libro quarto decimo Methodi medēdi. Quia herpes esthiomenos à subtiliori gignitur bile, quam Erysipelas ulceratum. Item quod herpes esthiomenos solam cutem depascitur, exulcerat' ue. Erysipelas uero ulcerosum p̄ter cutim subiectā quoq; carnem occupat, erodit' ue: utcunq; tamen ut Galeno placer, & res ipsa indicat, utraque hæc affectio eiusdem sunt generis: quibus, curatio communis debetur. Vocat autē (ut obiter hoc dicam) Auicenna hierpetem ulcerosum: formicam corrosiuam, ut apud ipsum legere quis poterit: Fen. tertia, libri quarti, tractat. i. cap. 6.

Alter autem herpes miliaris sine κεγχλασ di-  
citur: de quo curatio nostra agitur, qui κεγ-  
χλασ ideo appellatur, quod κειχρος Græcis mi-  
lium est: affectio hæc multas exiguae in cute  
eminentias milij modo habeat: quæ non proti-  
nus ulcus faciunt. Sed procedēte tempore quū  
disrūpuntur, in ulcus abeunt. Aliquando tamen  
euanescent: sed cutis duriuscula euadit: ut quā  
doque notauimus. Sed quādoq; ipsis euaniidis  
duriusculi tumores membro affecto manserūt:  
ut experientia deprehensum quoque habemus.  
Qui postea medicamentis emollientibus, & di-  
gerentibus discussi sunt, & resoluti. Fit autem

H 2 herpes

herpes miliaris hic ex bile non admodum acer,  
 & calida, pituitæ mixta: ut Paulus ex Oribasio  
 adnotat: & Galenus non siluit libro de tumori  
 bus præter naturam: quum dicat: Mihi uero hu  
 iusmodi fluxio pituita admixta esse uide: hunc  
 cæterum Auicenna citato loco, formicam mi  
 liarem appellat. In quo capite fœde Auicenna  
 ipse Myrmecias, id est, formicas: genus quodam  
 uerrucarum, cum herpetibus cōfundit: ut apud  
 ipsud legenti manifestum evaderet. Cæterum:  
 quantum ad harum affectionum curationē spe  
 etat, Galenum audiamus. Qui libro secūdo Ar

**X**iris curat, ad Glauc. ita docet herpes autē quā  
 tum ad totius corporis euacuationem attiner, ut  
 Erysipelata curare oportet. Quantum uero ad  
 ipsius particulæ patientis locum, non omnibus  
 similis cura adhibetur. Nā qui exedenies sunt,  
 refrigerari quidem desiderant: quemadmodum  
 alij herpes, & Erysipelata: non tamen ea ferūt  
 medicamenta, quæ præter id quod refrigerant,  
 etiam humectare natura apta sunt: Sed sola ad  
 mittunt refrigerantia, quæ etiam maxime pos  
 sunt exiccare. Non igitur lactucam, uel polygo  
 num, neq; ex stagnis lentem, aut palustrem lo  
 tum, uel psyllion, uel portulacam, uel scrim, uel  
 semperiuum, uel tale aliquid quod refrigerare  
 possit, atque humectare apponendum, quæ Ery  
 sipelatis erant opportuna. Sup imponere igi  
 tur ipsis oportet, subdit, ab initio quidem ex ui  
 te capreolos, & folia rubi, & rubi canini, &  
 anoglossi. Post hæc uero, & lentem adiungere  
 opor-

oportet, & aliquando mel, & farinam hordeaceam, & quod ante a scriptis ad inflammaciones, quæ ex fluxione eueniunt cætoplasma, demptio ab eo semper uiuo. Ipsa uero loca exulcerata inunge medicamentis, quæ ad herpetas in libris Pharmaceuticis descriptra sunt. Quæ quidem, ut pro compendio dicamus, ubi uti uolueris, ex uino dulci, aut tenui, & albo, & subastero, minime tamen acri, liquefacere oportet. Quod si posca aquosa uice horum aliquando usus fueris, nihil deterius feceris. At in ueteratis ulceribus, & in longum tempus protractis, tunc uina austera conueniunt, præcipue nigra. Quo tempore ipsis etiam medicamenta congruunt, quæ ad Polyidam, Passionem, Musam, & Andronem relata extant. Hactenus de herpete ulcroso. Herpetas uero qui summa tantummodo exulcerat, nisi diu perdurauerint, nullo horum inungere oportet. Adurunt enim fortiter, & uelementer exiccant. Verum istis sufficiunt quæcunque uim Glaucij habent medicamenta. Quæ quidem aqua diluenda sunt, uel aceto, si nihil ex aqua profecerint. Quod si etiam solani succo intinxeris, uel Arnoglossi, plus etiam conferes. In summa uero omne ulcus exiccati poscit, idq; medicamento neutram irritante, nisi malignum, putrilaginosumq; ipsum ulcus fuerit. Talia si quidem acrlora medicamina postulant, & quæ igneas uireis possideant: quale est, Mys. Chalcitis, Arsenicum, Calx, atque Sandaracia. Sepe uero ubi ista cesserint admouerous igneis. Ha-

ctenus Gal. Qui (ut paucis constringam) inquit, purgantia medicamenta, quæ Erysipelatis conueniunt, herpete quoq; laborantibus danda sunt. Quæ in uniuersum cholagoga, i. bilem purgantia sunt. Secus autem in herpete miliari, in quo bilis, & pituita (ut Galeno quartodecimo Methodi medendi placet) purgari debet. Item quod sicut Erysipelatis Topica medicamenta frigida & humida esse debet: ita quæ herpetibus adniuentur frigida, & exiccantia sint decent: plus minus pro ulceris ratione. Ulcus enim, in quantum ulcus exiccationem postulat. Proinde quis Avicennæ lectioni pro curandis ægritudinibus maximè sunt dediti, animaduertant decent, quando in hac herpetum, uel (ut ille ait) formicarum curatione, medicamina frigida & humida admittantur, non sine tamen (ut dixi) ægrotantium periculo.

### CVRATIO TRIGESIMA OCTAVA, in qua agitur de Verrucarum curatione.

**F**amulus meus quum utrunque manum ob verrucariæ multitudinem in eis disseminatarum, satis foedatas haberet, in beco farmentis ignitis optime verrucas urat: ac sic succendentibus quinque, uel sex diebus continuet: à qua ustione interpositis octo diebus omnes suppurratae decidunt Verrucæ, nec ex eis uestigium aliquod relictum fuit. Hac enim uitium seccarum ignitarum ustione plures verrucis foedatos decorauimus: nec alio remediorum genere pro illis deponendis, et eradicandis, unquam quod uerum fatear, usus sum.

Verrucæ excrescentiæ mōticulorum instar  
in tute eminentes, sunt: quibus ita inditum est  
nomen: quod latinioribus verruca montis edi-  
tior pars sit; q̄las uulgus porra nuncupat: quia  
fila q̄ædām porrōrum radicib⁹ nō dissimilia,  
intra eas contineri animaduertat. Græci nomen  
generale uniuersum genūs Verrucaq; cōprehē-  
dens non habent. Sed unamquaque speciem  
proprio nomine appellant. Quæ tales habētur,  
Myrmecia, Acrochordones, Elos, Thymium:  
Sunt autem Myrmeciæ, hoc est, formicales, sic  
dictæ, quia dum attrectantur morsui formicarū  
similem inferunt dolorem. Verrucæ ad cutim  
latiore basi, super autem tenues, quanquam cir-  
summa cute s̄pē æquales prorsus cōperiant.  
Sessiles autem à figura, & formatione verrucæ  
hæ diciuntur: quæ in inferioribus partibus pe-  
dum, & matutinū pâlinis plerunque nascuntur, ut  
Celsus est Autor. At nos eas in manib⁹, & alijs  
corporis totius uarijs partibus oriri ad sum-  
mam lupinorum amplitudinem, nec amplio-  
rem, quotidie percipimus. A quibus paucus  
sanguis, aut nullus, et si attrectetur, ob carum al-  
tas complantatas radices effluit, emititur uē.  
Acrochordones uero contrario modo se liabē-  
tes verrucæ sunt: utpote ad cutem, imam par-  
tem angustam tenentes, sic dictæ quod chordæ  
nexu suspensæ pendere uideantur: quæ raro fa-  
bæ magnitudinem excedunt. Auicennæ clausi

dictæ, quanquam latinis, clavi appellantur uer-  
rucæ albæ, rotundæ clavorum capitl similes:  
qui in digitis & pedum plantis maxime contin-  
gunt: quos Græci elos: Auicenna uero sua lin-  
gua almismar appellare solent. At thymion,  
uel thymon Celso, & uniuersæ Græciæ. Verru-  
cula est, eo modo eminēs quo acrochordon, ui-  
delicet supra laia, sed subdura, peraspera colo-  
rem floris thymi representans: unde ei nomen  
indicum est. Ima uero parte ad cutem tenuis.  
Quod genus uerrucæ Auicenna Tersetum ap-  
pellat. Iis addere est, aliud genus ab Auicen-  
na cornua dicta: eo quod oblonga. Cornuum  
Instar recurua uidentur, sed clavis similes sunt  
calli, quos Græci τόλλος nominant, ex calcia-  
mentorum attritu plerūq; geniti: & ex labore  
obdurata cute. Cæterum, Verrucarum amplā  
curationem legit apud Galenum decimoqua-  
to Meihodi medendi libro: & Tagaultium lib.  
primo institutionum chirurgicarum. cap. 9.

C V R A T I O T R I G E S I M A N O N A,  
in qua agitur, de puella quadam in  
uiruns uersa.

**I**N oppido Esgueira nouem leucis à Conybrica, nobili  
apud Lusitanos ciuitate, puella quedam genere nobis-  
lis erat, cui nomen (si recte teneo) Maria Pacheca erat:  
quæ quoniad ætatem peruenisset, in qua mulieres men-  
strua primum emittere solent, uice mensium Priabum  
usque ad id tempus intus latitarem, extra ciccit. Et sic

ex fœmina factus est masculus: et virili toga induitus: ac sacra aqua respersus, Mammel fuit vocatus. Qui ad Indos perueniens, et diues, ac clarus factus. Postea ad suos rediit: et uxorem duxit: sed un liberum genuit: non satis corporeum habeo. Conscij tamen sumus, imberbem hunc semper mansisse.

## S C H O L I A.

Ex fœminis mutari in mares non est fabulosum. Tradit Plinius libro septimo Nat. sue Histor. cap. 4. Inuenimus in annalibus P. Licinio Crasso. C. Cassio Longino Coss. Casini puerū factum ex virginē sub parentibus, iussuq; Aruspicum deportatum in insulam desertam. Licinius Mutianus prodidit uisum à se argis Areſcōrem, cui nomen Areſcusæ fuisset, nupsisse etiā, mox barbam & viriliratem prouenisse & uxoremq; duxisse. Eiusdem sortis, & Smyrnæ puerū à se uisum. Ipse in Africa uidi mutatum in mare nuptiarum die. L. Cossicium ciuem Tisdritanum. Haec Plinius. A' cuius historijs non multū absunt quæ Hippo. prædixerat libro sexto de morbis popularibus, ad hunc modum, in abderis Phæthusa Pytheæ uxor priore quidem tempore fœcunda erat: quum autem maritus ipsius in exilium abiisset, menses multo tempore suppressi sunt: postea dolores, & rubores ad articulos oborti sunt: Haec autem ubi contigissent: & corpus virile factū est, & hirsuta penitus evaserit, & barbam produxit: & vox aspera facta est,

222 AM. LVS. CVR. MED.  
& subdit, idem hoc cōtigit, etiā Namysiae Gor  
gippi uxori in Thalo.

CVRATIO QUADRAGESIMA, IN  
qua agitur de puerō, qui per inferiorā uē  
sicularam uermibus plenam eges̄it.

CVm puer quatuor natus annos lumbricis afflictæ  
retur: totus nauseabundus, cum appetitus prostra  
tione incedebat; nec in uno loco permanebat: sed  
hinc inde tanquā insanus mouebatur. Cui pulsus inæqua  
lis erat, obscurus, deficiens, & recurrens, ut omnes ipsum  
moriturum prædicerent. Immo nos tentatis omnibus præ  
stidjīs ad morbum facientibus, ipsum tanquam deploratiū  
reliquimus. At quum sic in agone esset, aliuis illi citata  
fuit, & uesculam pilæ modo rotundam eges̄it. Quan  
quum mater coram multis assistentibus aperiret, uermiū  
paruorum myriades, non sine admiratione uiderunt: ad  
quos uisendos ipse quoque nocatus, puerum postea paue  
cis uires resistentibus, ad sanitatem reduxi.

S C H O L I A.

Hinc similem uesculam uermibūs refertam,  
uiderunt plures alij, qui uermes omnes concate  
nati erant: & pro uno à multis iudicabantur.

CVRATIO QUADRAGESIMA PRIMA  
in qua agitur de uermibus, et signo  
letifero.

Puella

**P**vella quæ ad caput montis ægrotauit, uigente æsta-  
te, post uermium tam supra, quam infra reiectionē,  
rem nigrā attramento similem euocauit: Et paucis se-  
quentibus, obiit.

## CVRATIO QVADRAGESIMAS E

cunda, in qua agitur, de duobus quartanarijs,

quorū alter ob esum melongenarū obiit,

alter uero à quartana liber evasit.

**D**uos iuuenes nouimus annua quartana laborare  
tcs. Qui quum inter se mutuo de morbo quererent  
tur, alter alteri ad Edulium fouens quartanam inuita-  
uit. Nam eius e sū, eos à quartana liberari, prout ab alijs  
aceperat pro firme inuitans habebat. Erat autem Edu-  
liū ex melongenis allijs confectionū. Ex quo saturi cum  
nimio uini potu, ut referebant, dicesserunt: sed quo suc-  
cessu, audi. Nam ambo in ardentiſſimam febrim illico in-  
cidertunt. Ex qua simul & quartana inuitatus, copioſiſſi-  
mo sudore respersus, evasit: At inuitans uitam cum mora-  
te commutauit.

## S C H O L I A.

Qui quartanam patiuntur, ab ea liberari, uel  
esu copiosiori piscium salitorum, uel nucum,  
aut alliorum, aut ficium, aut rerum aduersaria-  
rum, ſæpe lactari ſolet. Quod non aliunde eue-  
nire puto, niſi quod natura torpēs, & ferè mor-  
bo connaturalis facta, à ſua ignauia, & pigritia  
per prædictarum rerum esum excitatur. Quæ  
excitata,

excitata, materiam longo temporis tractu coctam, ac obedientem, per sudorem, aut uomitum, aut secessum, aut sanguinis fluorem, aut haliū transmittit. Si uero contingat nondum materia esse coctam, & expulsioni paratam, inde mors subsequi poterit: ut horū alteri contigit. & alij, qui uinum maluaticum ad internacionem usq[ue] superioribus diebus pro prouidenda quartana ebibit: qui febri intensissima, & ardentissima oppressus, intra quinque dies obiicitur.

**CVRATIO QVADRAGESIMA TERTIA,**  
in qua agitur, quod theriaca tuto pueris propinari poterit.

**C**VM in cōsortio doctorum hominum heri essemus, ac de pueri uermibus laborante sermo incidisset, propositum à quodam fuit, theriacam summū antidotum pro pueri ualeitudine esse: Si modo eam uino aut granitis aqua dilutam ebibisset. Alter uero nullatenus theriacam dandam esse pueris contendebat. Et pro sua corroboranda assertione Galenum adducebat libro de Theriaca ad Pisonem, ubi Galenus pueris Theriaca interdicit, uerat' ue: sequenti ordine, dicens. At in pueris omniuo medicamentum est uitandum. Quippe cuius magnitudo illorum uirtute maior sit: & corpus ex faciliter dissoluat: natuum spiritum cito extinguat: quemadmodum sanic & lucerne flaminam oleum igne copiosius adabitum prompte extinguit. Ego itaque ex historia mea min puerū aliquando ex intempestiuo antidoti usū disolutum. Etenim diuturna febri laborabat, Gracilis admodum

dum corpore, & uiribus imbecillis: ut qui uix multa diligentia posset supercēsse. Que quā Ego ex medica ratione conspicere, etiā uehementer ipſi pharmaciū dari prohibebā. Nā quidā eius curatiōi p̄fectus, qui uidelicet patrē se esse diceret, et tyrānicā imperandi facultatē potius haberet, quā ex ratiōe cōſiliū audiret, et temere, et uiolēter admodū me cōpulit, ut infantī medicamentū exhiberem. Quod iam assumptū cōcoqui nō potuit: fortius uidelicet eius uirtute qui ceperat. Verū totū ipsius habitum dissolut, aliumq; fecit profluentē, atq; ita propter irrationalem medicamenti usum noctu infans periit. Hęc Gal. cui Aētius subſcribit Sermone tertiodecimo ſue medicinæ, capite. 96. & ferē omnis medicorum chorus, quuni puero-rum innatum calidum facile dissolui, et ſpiritum iſtum cito extingui per Theriacam antidotum calidā tradant. At nos quorū eſt haſ, & ſimiles componere lites, conſue- to more, hoc eſt, breui, dicamus, Theriaca tuto omni aetati concedi potest, & puero, & iuueni, & ſeni, & decre- pito, & puerperæ, & utero gerenti: non ſolum morbis la- borantibus: ſed præſeruationem, & cautelam, ne in eos labantur procurantibus: attento morbo, & grotantis uiri bus, regione, & coeli ſtati. Nam puer de quo ſermo no- ster agitur, lumbricis laborabat: contra quos theriacam ualere, ita Galenus prodidit, in ſuper lumbricis intestina occupantibus, eoq; ſtomacho infatiabiliter cibum appe- tente medicamentum hoc propemodum enecatos magna fame ſoeliciter liberat. Præterea maximū, latumq; hel- minthēn generatum, id est, lumbricum: qui omnem auſsumptum cibum depaſcitur, eoq; reliquum totum corpus emaiat, mirabiliter ab intestinis educit. Haſtenus Gal. Re- te igitur medicus ille contra lumbricos, quos puer paciebat.

tiebatur Theriacam concedebat: & eo magis, quia puer non sebriebat, & eius uires constabant. Vbi enim puer ægrotat, & uires constant, & calor febrilis non admodum acris est, si modo theriaca conuenit, tuto (mea sententia) puero offerri poterit. Nec enim Gal. hoc unquam quod sciam uetuit. Nam eius puer de quo Historiam narrat, & illis theriacam abnegabat, gracilis erat: macilens: & uiribus ob febrem diuturnam prostratis. Cuius in natum calidum theriaces caliditas superabat. Quia de causa Galenus illi theriacam dandam non esse, acriter contra medicum tyrannice eam imperantem contendebat. Sed meo iudicio, similitudo illa quam Galenus adducit tanto philosopho digna non est: ut quem Ego post Theophrastum inter philosophos collocandum semper putavi. Pueris enim Gal. theriaces exhibitionē uetat, quia ipius maior est facultas quam uires eorum tolerare possunt: quo fit, eorum corpus facile dissoluit: & insitum spiritum cito extinguit: quemadmodum & lucernæ flammam oleum ipsum, si ignem supererit, facile extinguit. Hæc enim similitudo est illa quam nos indignam Galeno notamus: quia theriaca fabæ Aegyptiæ magnitudine datur, & minori adhuc quantitate, pro uirium & atatis ratione: quum ut ille ait, libro de Theriaca ad Pisonem: Mensura ipsius potus eadem non est in omnibus. Que qualiscunque fuerit à Galeno descripta, sufficiens non est innatum calidum extinguere. Si quod tamen obnoxium, aut malum, theriaca inducere est potens, id sua qualitate efficere, dicendum est. Vnde satius esset dicere, ac similitudinem afferre: Theriacam pueris dare, non aliud esse, quam igne igni addere, & flammam flammæ: quum id sua qualitate efficiat: nō uero quantitate, que parua & exigua ad modum

modum est. Deleteria autem medicamenta frigida sua  
quantitate interficiunt. Calida uero suis qualitatibus: ut  
author est Gale. libris de Facult. Simpl. med. & Commen-  
tarijs de temperamentis. Regio quoque pro danda the-  
riaca, ueluti ceteris pharmacis, ægrotantibus attendenda  
est: quum calidiori regione habitantibus, Antidotis, siue  
Theriaces usus cauendus sit: Quia de causa etiam homi-  
nibus primo Solis ortu degentibus, & multa inde siccita-  
tate præditis, medicamentum (ut Gal. tradit) est incon-  
gruum. Humidiores autem regiones, & frigidiores inco-  
lentibus tuto theriaca concedi potest: ueluti in byeme, &  
tempore frigido: Non in æstate eius usus periculosus ad-  
modum est. De qua, ueluti purgantibus medicamentis, dia-  
xit Hipp. libro quarto Aphor. sub cane, & ante canem  
difficiles sunt medicamentorum exhibitiones. Quoniam  
ut notat Gal. febrim hoc potissimum tempus hominibus  
aduicit. Quapropter & atate florentibus, & multo na-  
turali calore præditis, neque multum, neque sæpe exhibe-  
beri medicamen est tutum: quemadmodum ijs, qui iam  
declinant, & plurimum, & crebro non ex aqua, sed uino  
magis assumi profuerit: ut corporis uirtus iam emarce-  
scens, & geminus calor extinctus, refocillari, accendiq;  
ipsius posset beneficio. Ceterum, quam præstans hodie in  
officinis paretur theriaca omnes norunt.

### CVRATIO QVADRAGESIMA QVAR ta, in qua agitur, de Dysenteria, torminibus, flue intestinorum difficultate, uorbo dicto.

**N**Obilis miles Grimaldus Dysenteria ex bile orta,  
canicula uigente laborabat. Ad quem quum primū  
perne-

peruenimus, ipsum robustum triginta annorum notauimus. Qui uentre dolebat: et sepe egerebat: et cum ijs quoque febriebat. Cuius Eggestiones liquidæ, et biliouse erant: Super qu.us mucosa quedā cruenta supernatabat, cernebantur ue: et uere dysentericus is apud Galc.lib. nono de Comp.med. secundum loca, capite quinto, dicens sit: quum in intestinis tantum, iecore non paciente, ulcera aphtis, que ore nascuntur, similia patiebatur, instata autē ulcera hæc crassioribus intestinis: ut ex excremientorum mixtione percipiebanus, erant. Quo fit per inferiora, quam superiora, medicamenta ad ulcerum medelā, sanationem ue, consultius infundebantur: ut inferius latius hæc patebunt. Hunc igitur morbum curaturos, ad eius causas, ueluti in cæteris morbis, unde ortum trahūt, attendere decet: Iuxta illud Galeni triuiale, libro Artis medicinalis, capite octogesimono: Vuum cōmune præceptum obseruabimus, ut unamquamque prius que efficit causam, rescindamus: deinde ita ad illam que ab eadem causa facta est ægritudinem accedamus. Quum igitur dysenteria hæc à bile ortum trahebat; ut plerunque (uel Galeno teste) libro quarto Aphor. enarratione uigesima quarta, originem dicit: Consequens erat, medicamentum bilem purgans, absque mordicatione aliqua: huic propinare. Deditinus igitur rhabarbari drachmam unā, et median sequenti modo apparati.

Recip. Rhabarbari acerbi. drach. 1. et s. Piscetur, Piscetur, et infundatur, siue maceretur in uncis tribus aquæ plantaginis, per aliquot horas: tandem facta colatura, et leni expressura Rhabarbari predicta substantia alijs tribus uncis aquæ plantaginis denuo infundatur, quibus pulpæ cassæ nouiter extractæ unciam mediā dissolutio:

dissoluto: et pharmacum parato, ac ipsum aegroto propinato. Quo multa cegerit. Ceterum, prima in infusione Rhabarbarum si quas partes exasperantes, et ulceribus aduersas habet, omnino amissit: et mitius, ac securius reditur, quam testa ustum, aut assatum: ut multi dare solent. Respondet autem sic paratum rhabarbarum Gracorum rheo, cuius usus apud me frequens pro hac, et uarijs curandis affectionibus habetur. Post haec uero ad clysteres nos diuertimus, lauatorios primo: quorum descriptio talis est. Recip. aquæ hordei libra unam, Vitelli oui numero duos: succhari sancti Thome, quod rubrum officinae vocant, unciam unam, misce. Est cuim clyster hic intestina à bile et muco mordaci lauans: ita praestans ut interdum curande dysenterie sufficiat: qui ceteras infectiones antecedere debet: et parum cum retinere opus est. Post quem ad eos qui ex emplasticis medicamentis cōponuntur, internam intestinorum superficiem, contra fluentis materiæ morsum, cum tectorio quodam, et crusta armantibus, deuenimus, et ita habent.

Recip. Aquæ hordei                uncias decem.

Albuminisoui optimè concussi, num. 2.

Gummi arabici

] an.unc.s.

Adipis caprini,

Olei rosati

unc. 2.

Boli Armenicæ

] an.un. 1.

Tragacanthæ,

Misce, fiat clysmus, et quantum potuerit cum retinat. At ne suo lentore medicamenta hec acres materias tanquam carcere retentas, intestinis affigant ad clysmos lauatorios reuertebantur. Et sic uicissim ad eos qui ex emplasticis compo: uitur medicamentis: Est cuim, hoc aliud

I                clyste-

clysterium, ex emplasticam uim habentibus.

Recip. Iuris pinguis carnium, unc. 8.

Succi plantaginis, unc. 2.

Butyri recentis in salst.

Gunumi tragacanthi } an. unc. 1.

Gunumi arabici.

Albi ouorum. num. 2.

Sepi hircini liquefacti. unc. s.

Misce fiat clyster. At quum fluxus perseverabat, & san-  
guis copiose fluebat, ad fluorem adstringentia non solum  
per clysteres iniecta, sed ea que per os manduntur, &  
ut uim glutinandi, & cicatricem ducendi habent, que sarcо-  
tica dicuntur, deuenimus.

Clysteriorum constringentium paradigma.

Recip. Gnaphalij herbæ tornic-

titiæ dictæ,

Rosarū rubearū seccarū

Foliorum Symphyti,

Plantaginis,

Polygonij. i. corrigoilæ,

Verbasci.

Summachiorum, rhois

Græcis dicti.

Bursæ pastoris,

Malicorij,

Balaustiorum,

Gallarum,

Orizæ tostæ.

Radicis Symphyti. unc. s.

In aqua pluviali chalybeata singula decoquantur: ad con-  
sumptionem tertiac partis, facta colatura et expressione.

Recip.

Recip. predicti decocti.	libr. 1.
Succi Plantaginis.	unc. 2.
Acaciæ.	an.drah. 2.
Hippocisthidis.	
Sanguinis draconis,	
Boli armenicæ	{ an.drach.s.
Terræ lenniæ.	
Sepi hircini.	unc. 1.
Olei rosacci	{ an.unc. 1. & s.
Myrtillorum.	

Misce, fiat clysterium, quod quantum possibile fuerit, re-  
tinat: Sed quum tormenta omnino hunc uexabant, & ul-  
cera profunda, ut cunque grauabant, ut ex eis pus exicu-  
s in iegestionibus attestabatur, ad ea que ualentius abster-  
gebant: ueluti post ea, que non tantum obtundunt, sed  
stuporem inducunt, configimus. Sic autem abstergentes  
clysteres parabantur.

Recip. Infusionis furfurum	{ an.lib.s.
Iuris cicerum.	
Mellis rosacci collaticij.	unc. 2.
Vitellioui,	num. 2.
Terebenthinæ dæcies cū aqua frigida lotæ.	unc. 1.
Olei rosacci.	unc. 2.

Misce, fiat clyster, quem multi ex muria falsorum piscium,  
aut oliuarum colynibadum, parare solebant: adiectis ali-  
quando ex Arsenico pastillis: quibus hodie pauci utun-  
tur: & merito sanè. Quum si eis, & potentibus alijs me-  
dicamentis, utendum sit, eis, in longa & diuturna dysen-  
teria, potissimum uti expedit. Quum enim ulcera exacte  
detersa fuerint, natura per se potens est, ea cicatrice ter-  
gere, & glutinare. Sed ut promptius fiat, luuatur clysteo-

ribus siccantibus, & astringentibus, supra à nobis com  
memoratis. Sed nos ab iniecto abstergente clysteri, ac eo  
expulso, ad clysterem ex rebus stuporem ducentibus, de-  
uenimus: Qui ita recipit.

Recip. Calicum papaveris nigri cum suo semine. num. 6.

Sciminis hyoscyami drach. 2.

Hordei tosti.

Orizæ tostæ. } an.unc. 2.

In aqua capitum rosarum fiat decoctio ad consumptionē  
tertiæ partis, cuius colatura accipe libram unam. Cui  
adde pilularum de cynoglosto. drach. s. Vitellos oui duos;  
Tragacanthæ, Gumi arabici, an. drach. 1. terræ lemmiæ.  
unc. s. Olei rosacei. unc. 2. Misce fiat clyster. Solent autē  
ijs misceri opij grana tria, uel quatuor: quorum uice ba-  
lani ex licio parari solent: ut commendat Rasis, que cum  
filo sedi imponuntur. Veluti, que ex Athanassa, uel  
pilulis de cynnoglosto, & opio, conficiuntur. At interim,  
dū hæc parabantur, per os fluorē astringentia dabamus.

Recip. Succhari rosacei antiqui. unc. 1.

Pulueris Corall. rub. & alb. drach. 1.

Trochiscorum de spodio Arabū. drach. s.

cum syrupo rosaceo de rosis siccis fiat eclegma, uel sic:

Recip. Miux eitoniorum, sine speciebus. unc. 3.

Trochiscorum de spodio cum semine acetosæ. unc. s.

Misce, & detur. Vel hoc,

Aliud ad idem faciens.

Caro eitoniorum ex saccharo confecta. Vel hoc aliud.  
Cornua saccharo cooperta: prout acria Cerasa parari so-  
lent. Vel ex eis conditum apparatus, ut ex Mespilis, &  
sorbis, & alijs astringentibus fructibus confici solet. Sed  
quum hæc parum iuarent: ut dolor sedaretur, & som-  
nus

nus euocaretur, et materia ipsa fluxioni inepta reddetur, post uarios ebibitos syrups, materiam condensantes, ac inhibentes, ad Philonium Romanum, et Athanasiam, et recentem theriaeā, ueluti pilulas de cynoglosso, pondere semidrachme, quum uires constabant, et dolor uigebat, et æger insomnis agebat confugimus. Sed exteriorius quoque Topicis medicamentis æger adiunctabatur. Primo autem uentri admotum fuit oleum cydoneorum, et myrrhynum simul, super insperso puluere coralli, rossarum, Mastiches, boli Armenici, et sanguinis draconis: poctea uero ad Emplastrum diaphenicum frigidum Mefues, deuenimus: ueluti emplastrum confectionum ex cido-neorum substantia: adiectis constringentibus: quorum catalogum inferius describemus. Sed ex suffumigia sedi adaptanda, machinati sumus. Porrò iecinoris cura maxima à nobis quoque erat. Cui Epithemata, inunctiones, et linimenta ipsum refrigerantia, et roborantia imponebamus. Quibus omnibus, sepe, ut expediebat, applicatis, intra decē dies sanitati fuit restitutus. Cibus huic oblatus Euchymus, et coctu facilis erat: ut ptisana, hepatica Gallinarum, Testes Gallinaceorum, aqua carnis, præcipue perdicis, et pauonis: in quibus frustula quedam cyaniorum, et semina constringentia coquebantur, et uice Aromatum, semina Rhois coriariorum (sumach dicti) optimè pistæ desuper inspergebantur. Sed orizam tostam in pollinem redactam, cum iure pulli, aut perditis excepta quandoque gustabat. At olla sorbilia raro illi febris ratione concedebamus. Herbas tanetsi arbores nonnullas concedant, nos omnibus illi in totum interdiximus: ueluti aceto, salsa, et acribus: quia ulceribus inimica et mordacia sunt. Dantur autem cibaria actu

frigida, ut nonnullis placet, ad excitandam appetentiam per consensum prostrat am, quanquam multi huiuscmodi cibaria frigida respuant: & mediocriter actu calida appetant. Ex quorum numero noster ægrotus est. Nam liquida stomachū laxant, & uentrem leniunt: qua de causa, iura in hoc casū abnegantur: ueluti dura que ægræ cōcoquuntur, ob uentriculi inbecillam coctrinem, & reten tricem facultatem. Proinde medium locum tenentia, antea citata, concedebantur. Potus uero, Aqua decoctionis Gnaphaliij, tomenti dictæ herbæ, erat: que ubique uulgaris & cognita est: ex qua uinum coctum contra dysenteriam Dioscorides summopere laudat, libro tertio sue mediceæ materiæ.

## S C H O L I A .

Δυσεντερίæ absolute dicta intestinorum exulceratio est: quam consequuntur dolores, & deiectiones. Vnde à Latinis morbus hic Tormina, quod intestina dolore torqueantur, nomina tur, quo sit Galenus recte mea sententia, libro nono de Compositi med. per loca, capite quinto: quum de hac affectione loquitur, de uera dysenteria agere, tradit. Nam alia era dysenteria hepatica, siue iecoraria, in qua sanguis ueluti carniū in aqua lauatarum excernitur, appellatur: quā cum Galeno omnes postea medici inter iecinoris affectiones reponunt. Proinde à Galeno capite citato, sic traditur. De dysentericis quidē quæ in uniuersum nosse oportet, iam antea dictum est; tum in curandi Methodi libris: tum etiam

etiam nunc in Serinone de Hepaticis habito.  
 Reliquum est igitur de uere dysentericis agere:  
 in quibus nec hepar affectum est, neque aliqua  
 alia affectio est, præter intestinorum ulceratio-  
 nem, aut nudam, aut cum putrefactione aliqua  
 obortam. Quam medici, consueto uocabulo,  
 vopulw appellant. Cui faciunt ea, quæ ipse libro  
 sexto de locis affectis, capite secundo, tradit:  
 quæ breuitati consulentes omittimus. Hanc cæ-  
 terum intestinorum ulcerationem cum putrefa-  
 ctione obortam, ægrotus noster passus est. Cui  
 nos Rhabarbarum eo dicto modo apparatus  
 dedimus. Et nonnunquam similem morbum pa-  
 tiensibus myrobalanos cōcedimus: ueluti Rheon  
 græcorum nobis satis cognitum, & familiare  
 medicamentum. Quanquam non ignoramus  
 multos esse, qui hoc detestantur, uituperent'ue:  
 quos nos tanquani homines parum in re medi-  
 ca instructos relinquimus, postponimusq;. Le-  
 gerunt quippe ij Galenum, quem sæpe in operi-  
 bus suis adducunt, sed non ea censura, aut ani-  
 maduertentia, qua probi medici artem exerce-  
 res, eum legunt. Afferunt sanè eius nonnullos  
 locos: in quibus Galenus ipse, pro dysenterico-  
 rum curatione sua acria, & cōsueta detestatur  
 pharmaca. Quæ nos cum officinarum seamb-  
 neatis, reijcimus, & ab ipsis abhorremus. Non  
 ea tamen ratione, in totum medicamenta mor-  
 bi causam deponentia à nobis repudianda sunt:  
 ea potissimum q; Gal. nō nouisset, dubio procul,  
 illis pro dysentericis curandis usus esset: later-

quæ Rhabarbarum & Myrobalaui, nominanda  
ueniunt: quæ materiam morbū souentem euad-  
uant, & sua adstrictione membra roborant: &  
ulceribus prosunt. Iubet autem Galenus libro  
secundo de Facult. simpl. med. capite duodeci-  
mo, & decimoquarto: ut humores morsionem  
facientes prius educantur. Ac postea, quæ mor-  
sionem, siue acredinē tollant, in os dare: & per  
inferiora in aluum indere. Purgat uero Galenus  
humores hos morsionem facientes melle. Post  
quorum eductionem ad ea deuenit, quæ acredi-  
nem tollunt: ium per os data, cum per sedē indi-  
ta: ut chondrum, ptisanam, adipem. Ceratū dul-  
ce, oleum dulce, album oui, & cætera similia.  
Laudat quippe Galenus, mel, tanquam medica-  
mentum materiam morsionem, & aspredinem  
inducentem, euacuans: quod sanè, tanti uiri pa-  
ce dixerim, non sic facile admitterem in no-  
stro præcipuè ægroto, dysenteriam ut potè à bi-  
le ortam patiente: quum mel ( uel ipso Galeno  
teste) libro tertio de Alimentorum facult. capi-  
te trigesimo nono, tenuium est partium, acrimo-  
nia quippiam in se habens: quæ aluum ad ex-  
cretionem protitat. Item calidum, & siccum se-  
cundo ordine est: quod facile in biliosis corpo-  
ribus in bilem vertitur, ut ex ciuis historijs expe-  
rientiæ consonis depræhenditur. Quæ omnia  
dysentericis aduersantur: & biliosis ulceribus  
contradicunt. Quibus adde, quod per se solum  
mel parum purgat: ut indignum videatur pro  
intestinorū lauatorio exhiberi. Nam, nisi prius  
intestina

intestina lauentur, aut aliquo medicamento expurgentur, medicamenta ea quæ ēπικρασία, id est, temperantia dicuntur, si injiciantur, corruptiuncur: & vice iuuamenti magnum ægrotantibus afferunt detrimentum. Qua de re consonum rationi uidetur, illico medicamentū ali quod ægrotō, quod morbi causam auertat, & intestina abstergat: porius, quām mel, aut illi simile aliquid dare. Inter quæ (mea sententia) nullum hodie melius excogitari, aut haberī poterit, quām rhabarbarum, eo modo à nobis paratum: aut myrobalani sēpe lauati. Nam charindi sua acerositate mihi semper in h̄s ulceribus suspecti fuerunt. Commendat enim Galenus, corpus cacochymum dysenteria affectum medicamento aliquo quod acrimoniæ expersit, ante omnia inaniatur: quod omnes Galenū legentes sciunt. Sed quibus medicamentis opus hoc exequi debeant: non norunt. Nec Galenū recte percipiunt, immo eius confundunt doctrinam: quum dicant opus illud confici debere, ad eius mentem, cum adipibus, oleo dulci: ceraso dulci: melicrato: melle: ptisana: & similibus. Quæ omnia dubio procul contra ipsum Galenum sunt. Ipse enim libro citato secundo de Fa cult. simpl. med. cap. duodecimo, tertio decimo, & quartodecimo tradit: Si dolorum lenientia, qualia prædicta sunt medicamenia, in aluū injiciātur, antea quām corpus aliquo sic modo purgatum: quod putrescunt: & humorum cacochymiam alunt. Videant igitur qui Galenum se

legisse gloriantur, multum mehercle refert Galenum legere: uel ipsum intelligere. Putant autem hodie multi, uel insimus pædagogus, quum quatuor græculas literas nouit, & optimè latine factum Galenum legit, eum mordicus teneare, & illico se medicum appellari posse. Sed longe se res habet. Nam artificiosissima doctrina instructus, & longo usu sic expertus, qui ad Galeni mirificam doctrinam accedit, ut ex ea aliquid deppromat, decet. Alter eius lectione eundem, uel similem questum faciet, pro firmo habero, illi quem cribro aquam haurientes habere sollet. Sed de ijs satis. Et superioribus sermonibus uerba nectamus. Subet sancte Gale. in dysenteria primo corpus euacuemus: deinde ea, quæ do-lores mitigant iniçiamus. Euacuat igitur Gal. per injectiones primò melle: uel melicrato: uel ptisana: uel aqua lactis: Deinde ad ceratum dulce tragum, olea dulcia, pinguedines, amyrum, & gūmas deuenit. Utitur quippe Gal. pro euacuantibus medicamentis per sedem inieictis, melle, melicrato: ptisana: & aqua lactis: quæ suffi-cientia sint pro deponenda cacochymia, uel non, satis nobis, & legentibus manifestum euadit. Quum sciamus haec parū, aut nihil euacuare. Ea tamen Gal. admittebat. Quia suo æuo cætera, quæ huic rei adaptari poterāt, fortia: acria: & exasperantia erant medicamenta: cui si rhabararum, & myrobalani in usu medico habe-rentur, dubio procul eisdem uteretur, nec tam egregia medicamenta pro hac curanda affectio-ne

ne prætermitteret; quum cacochymiam depo-  
nant: & ex uestigio constringant: duo potissima  
pro hac curanda affectione desiderata. At quū  
illi hæc ignota erant, suis citatis utebatur. Quæ  
quū debilia pro cacochymia deponenda erant,  
factum est: quod dolores sedantia medicamen-  
ta: postea iniecta corrumpebatur: & ægri peius  
habebant: & consequenter saepius, quam nunc  
moriebantur. Nunc demum quod ars medica  
multo cultior, q̄ unquam fuit, certū est, & beni-  
gnis medicamentis, antiquis si cognitis, in usu ca-  
men non habitis utamur. Eisdem primo caco-  
chymiam deponimus: postea uero Galeni ab-  
stergētibus, & lauantibus usimur: post quæ, do-  
lorum sedantia inīcimus, quæ quū corpus pur-  
gatum comperirent, ualidius operantur, & po-  
tentius uires suas imprimunt. Vnde ægroti me-  
lius sentiunt: & citius euadunt. Conantur au-  
tem scioli hodie, dysentericos prædictis tantum  
hoc est tragi succo, sepo hircino: & rosaceo ce-  
rato, per inferius indita curare, ignorantes Ga-  
leni præceptiones libro duodecimo Methodi  
medendi, non prōcul à principio, quibus nos dō-  
cet ijs citatis medicamentis, nos contra Symplo-  
ma tantumq̄ dysenteria instare: non uero con-  
trā morbum. Ita enim Galenus citato loco in-  
quit: In dysentericorum deiectionibus, ubi uehe-  
menter rodunt, uel tragi succum: uel hircinum  
seuum: uel rosaceum: uel rosaccum cerasū peri-  
inferius indimus: Quibus utiq; præsidij ipsa  
exulceratio intēsiorum non sanatur: maxime  
si pu-

Si putrescens aliquid habeant: Sed vires interim  
conquiescunt, atque, id est contra Symptoma  
instare, morbo ad id tempus neglecto. Quibus  
uerbis nihil clarus dici poterit. Quum igitur ñ  
morborum principijs oblistere possunt, quia ui-  
ribus constant ægrotantes: illi astricti prædi-  
&is Graecorum remedij, interdum deiectiones  
sequuntur, & ulcera serpunt: & vires indies ma-  
gis labuntur: adeo ut postea ægros releuare nō  
possint. Quod aduertēt Galenus ubi supra sub-  
dit. Vbi virium roboris fiducia est, adeo nun-  
quam contra Symptoma pugnamus: ut contra  
prorsus per ea nonnunquam præsidia quæ do-  
lorem afferunt, morbos ipsos curemus: ueluti  
profecto dysenteriæ ipsis, mordentibus maxime  
medicamentis, tum potissimum medemur, quū  
utiq; est grauissima. Hactenus Gal. cuius citata  
uerba dicent forte ñ intelligenda esse in dysen-  
teria diuturna, & longa: pro qua curanda & au-  
ripigmento, & calceuiua, & sandaracha, & si-  
milibus potentibus medicamentis medici untun-  
tur. At ipse pro dysentericorum principijs uer-  
ba hæc potius accommodanda esse contestor:  
qua tum eorum vires potentes sunt: & ulcera  
exigua. Quibus si medicamenta ppinauerimus  
eo modo à nobis apparata, acrem bilem intesti-  
na corrodentem, & alteram paratam fluere, de-  
ponemus. Qua deposita, ulcera uel facillimis sa-  
nitatem consequētur: & adglutinabuntur, & ci-  
catrice contingentur: tametsi maiora ob mate-  
riam super eam transcuntem reddita sint, nocu-  
mentum

mentum planè contemnendum, quum iuuamen magnum sit; morbi causam scilicet præscindere. Nam per alteram viam, quām per intestina euā cuare, non ita facile medicus potest. Quod si ad intestina corriuantem biliosum, & acrem humorem dysenteriam gignentem, medicus per superiōra retrahere posset: & eum per uomitū euā cuare, dubio procul inepium esset, & contra Galeni præcepta libro Artis medicinalis, & Methodi suae curatiuæ, per intestina ulceribus scātentia materiam ducere. At quum hoc medicus non sic assequi potest, tamen si tentare pro uiribus debeat, consequens est, medicamentis purgatorijs id cōficiat: præsertim rhubarbaro, quo & Paulus forte usus fuit, & myrobalanis, quæ post purgationem constringunt: ac exiccant: ulceribus admodum congruæ qualitates: quibus nonnulli diaconicum miscent: alij diaphenicum. Quia si scamonium, & turbit recipit, eorum tamen vires ita à palmulis, & cæteris ingredientibus infringuntur, ut eius operationes ac vires iecur non accendant: nec aliunde attrahat, quā à sibi propinquissimis particulis. Sed biliosum hunc humorem per ea medicamenta quoque diuretica dicta, quæ frigidiuscula sunt, ut consueta semina quatuor, ad urinæ vias deriuamus. Quā operam euidentius consequimur post uniuersum corpus purgatum. Nam diuretica potentia, & fortia, quæ sua natura calida, & sicca sunt medicamenta, Cornelius Celsus uituperat, ut foeniculum, absinthium, assarum, & similia.

Quia

Quia si humorē in dysenteriam faciente in, ad urinā meatus non deriuent, uice iuuandi, multum nocebunt, & suis qualitatibus cum errorem redent, & ulcera magis irritabunt. Hoc nostrū indicium, de propinandis purgatorijs medicamentis supra citatis, in dysenteriæ initio, firmat Auicenna Fen decimasexta terij, tractatu secūdo, capite septimo, dicens, Et si fuerit necessaria euacuatio propter malitiani humorum, fac eam cum timore, & cautela, & stude ut sit solutuum non uehemens, nō cīnum acrendi, & ulcerissimo sit sicut myrobalani: & exētra. Pro qua complenda operatione, eodem capite, rhabarbarum maxime extollit, & laudat: quod in universum communi officinarum rhabarbaro prædicto modo à nobis apparato (ut dixi) respondet. Porrò, memoriæ in præsenti euocare decet, id quod commentarij nostris in Dioscoridem editis, diximus, s. quod rhabarbarum ustū, aut exacte assūm nullatenus dysentericis dandum est. Nam si aliquo modo ustū dandum est, id super ignitam regulā parum ustulatum dandum est. quum sic apparatus Græcorū rheopontico respondet: quod natura sua constrinquit. Sed mea sententia, rhabarbarum ex primo infuso extractum, ut nostro dedimus ægrotanti, securius est: & melius operatur, præcipue in dysenteriæ initio: in quo materiam retinere plerunque periculosum est. At lac in hoc nostro casu, tanquam noxiū prætermissimus. Biliosę enim delectiones febri coniunctæ sunt. Quibus laboran

laboratibus. Hippocrates libro quinto Aphor. sexagesimo quarto id interdicit , quū dicar, Lac, caput dolentibus dare, malum uero & febricitantibus: & quibus hippochondria suspenfa murmurant: & siticulosis . Malum autem & quibus in febribus acutis biliosæ sunt deiectiones . Quæ uerba enarrans Galenus, inquit, non solū lac obesse deiectionib. biliosis acutis febribus complicatis, sed absolutè biliosis deiectionibus, etiam absq; febre repertis, & scorsum etiā, acutis febribus iunctis. Ratio uero est, quia acutæ febres ex bile fiunt, à qua materia, biliosæ quoque deiectiones pendent, in quam lac facile transmutatur, qua aucta, febres intenduntur: & pro fluuum crescit: immo ut Oribasio placet, eo maior fit relaxatio, & consequenter fluxus copiosior euadit. Vel dicendū, Nocet lac, quia euaporat: & à bile humore calido in euapo rationem deducitur: unde febres cum deiectionibus acriores euadunt. Animaduertant igitur, hodierni medicam artem exercentes, qui quum ad dysentericos accedunt, nullo discrimine facto, lac tanquam rem securissimam , ac supremum remedium dare cum ejectionibus, tum per os illico mandant. Quod quam periculosum sit, ex iam dictis clarum euadit. Et eo magis: quia Galenus deiectionibus biliosis etiam absque febre compertis, lac noxiū esse tradit. Quibus adde, quod dysenteria , ut meminimus, & ex Galeno libro quarto Aphor. adduximus, plerunque à bile ortum trahit: quia plerunque in æstate fit;

&amp; regio-

& regione calida. Cornelius Celsus: adeo lactis usum in corpore bilioso timeret, ut quum Hippocrates Aphorismum citatum interpretetur, uice dicendi, Deiectionibus biliosis lac malum est: dixit, Vbi urina biliosa fuerit, lac dare malum est. Respondebunt forte huius, qui lac dysentericis continuo porrigunt. Lac crudum non esse dandum: Sed uel recens mulctum, & calidum ab uberibus protinus effusum, aut lapidibus ignitis, aut candente ferro coctum, ut suaderet Gale. & post eum omnes medici: quia intestina colluit, & ulcerata abstergit: & pinguiori parte ulceribus collinatur: ueluti pinguedo, adeps, atque oui albumen. Quibus omnibus, ab acribus humoribus natas mordicationes mitigat. At nos Hippocratis, & Galeni genuinum, & uerum sensum seruantes, cum praedictis medicis, lac sic paratum deiectionibus dysentericis conuenire facemur: modo ramen febris non adsit. Quae si praesens fuerit, ipsum tanquam praesens uenenum damnamus. Ut quoque idem firmauit Hippocrates libro quarto de ratione uictus in morbis acutis, textu centesimo decimoquinto, quum dicat, si uero febris non fuerit, uexentur tormenta, primus quidem lactis asinini calidi pauxillum, deinde sensim, paulatimque plus bibat. Suadet autem Galenus si febris non fuerit, & tormenta uexentur, tunc lac dandum esse, quasi uolens; si febris affixerit cum tormentibus, tunc a latte abstinere aeger debet: ut in Aphorisi scriptum est. Et Aetius Sermoni nono suae medicinæ subscriptis, quum dicat,

cat. In principio igitur post tertium diem: (per  
mittētibus febribus) lacte ree:is muleto adhuc  
calido, utendum est: & cætera: Secundo respon  
demus, Galenum suinopere lac eo dicto mo  
do apparatum in deiectionibus dysentericis lau  
dare, modo non sint biliosæ. Si enim deiectiones  
dysentericæ, quæ plerunque biliosæ esse so  
lent, biliosæ fuerint, etiam quod febris non ad  
sit, eis afflitis lac dandum non est: quia eo dato  
multa oriri solent incommoda: ut ex dictis luce  
clarior euadit. Et nos longa experientia, ita euc  
nire sæpe obseruatum habemus. Nec enim ob  
stat, quod Hippocrates libro septimo de mor  
bis popularibus Eratolai filio, ueluti alijs, qui  
dysenteria biliosa cum febri laborabant, lac sille  
ce candefacta immissa, dabat: quem multa in  
eis libris ab Hippocrate sunt dicta, à quibus ut  
falsis, & male in usum tractis, se retraxit: ut ali  
bi quoque dictum habemus. In summa igitur  
dicamus, Dysenterieis febrentibus, lac dandum  
non est. Item dysentericis deiectiones biliosas  
habentibus, lac dauidū non est. Quæ duo summo  
pere à medicis animaduersa uellem: quem mor  
bus is pernicioſissimus sit: & mortifer, à quo ubi  
que plusquam ab alio morbo ægrotantes disce  
dunt, & moriuntur.

### CVRATIO QVADRAGESIMA QVINTA, ta, in qua agitur de dysenteria ab atra bile orta.

**L**AZARUS GRÆCUS uir boni habitus, quadrigenarius,  
K uel

uel circa, ex Neapoli ciuitate, quæ hodie Turcarum Imperio subiacet, oriundus, dysenteria ab atra bile ortator queri coepit. In qua tortiones uentris altani partem potissimum occupabant, prehendebant' uec: ex deiectiones nigræ splendentes, fusæ, & non concretae, cum quadam liuiditate erat: quibus sanguis promiscue immixtus erat: ut gracilioribus intestinis ulcera insita esse quisque sensatus medicus dicere debeat. Nam deiectione quum terræ attingebant, aceti accerrimi modo respersti ebulliebant: et ipsam abrodebant: & fermentabant: ut non mirandum sit, à tam acri, & mordaci, ac excedente humore, Genito morbo si ægrotus hic intra quinque dies evita d'cesserit.

## S C H O L I A .

Hippocrates libro quarto Aphor. textu uigesimo quarto inquit, Difficultas intestinorum, si ab atra bile incœperit, letalis est. Fit autem dysenteria à mordaci, & acri, ac rodente humore semper: ut bile flava: pituita salsa, & atra bile. Quæ enim dysenteria ex bile, uel salsa pituita evenit, plerunque sanatur. At quæ ab atra bile fit, in sanabilis est: quum humor hic non solum intestina abrodit, & ea exedit, ut acres cæteri humores faciunt, sed ulcera cancro ulcerato intestina depascentia, & ea erodētia, similia gigrit. Ex quibus mors certa sequitur. Plerunque autem æstatis fine, aut autumni initio morbus hic fit: sed potissimum in regionibus calidis, ut Aegypto apud Chairū ciuitatem, Arabia, Africa, & India: in quibus sæpe Lusitanī nostri ex hoc morbo,

bo, quam altero alio torquetur, & moriuntur. Gignitur quippe in corporibus calidissimam regionem in colentibus humor acris torridus, ex assatus, quidam: qui quum uarias affectiones genere natus sit, in India potissimum, & Aegypto, incestina repit: & dysenteriam causat. Quia homines illic carnibus uescuntur animalium, quibus cassia fistularis purgatoria pro pastu, & cibo erat. Firmatur hoc nostrum indicium: quia in India raro phrenetici, & Pleuritici comperuntur: morbi ab acribus his humoribus gigni soliti. Quod non aliunde euenit: nisi, quia nutrimentum ex praedictis carnibus purgatoriā vim habentibus, humorem torridum, & acrem ad intestina deriuat: & divertit. Vnde homines dysenterici plerunque fiunt. Quorum si contingat, ut aliquis euadat, is certe sero, & magno cum labore ad sanitatem reuertitur. Vidiimus autem nos quendam militem robustum, & fortē praeditā dysenteria afflictum: qui, quum Dei grāia per manus nostras, à tam saeuo, & truculento morbo euasit, Vix intra annum ad solitas vires reuerti potuit.

CVRATIO. QVADRAGESIMA SExta, in qua agitur de dysenteria biliosa, Gelicidē potu curata.

I Vuenis biliosus quum biliosis dciectionibus, uigente estate, affligi coepisset: ut intestinorum ramenta iam emitterentur, & multum sitiret: absque medicorum con-

K 2 filio,

filio, qui eius curam habeant, copiosiori aquæ frigide potus usus fuit: & illico fluxus restrictus est: & ille à tam sauo morbo liber.

## CURATIO QVADRAGESIMA SE.

ptima, in qua agitur de quodam qui quum dysenteria cruciabatur, cum muliere coiuit, & sanus est factus.

**P**lures Epydemica dysenteria affectos curamus: inter quos, Mulo medicus quidā, ueterinarius dictus, erat, qui quum dysenteria graniter opprimeretur, in nocte, erecta uirga ad fœminam sibi proximam se direxit, & cum ea leniter Hymenæum exercevit: et illico deiectiones cessarunt: & postea in aurora mihi ad eum accederi enarravit: inde sanus euasit.

## S C H O L I A.

Dysenteriam scortatio sanat, dixit Hippocrates ultimis uerbis librorum de morbis uulgaribus. Est autem scortatio, siue ille ait, turpis scortatio, ea qua Diogenes Cynicus, quum mcretricem expectaret usus fuit. Cui quū ad illū expectantem, sed tarde peruenisset, turpiter, & contra Dei præcepta obiecit, Manus Hymenæum celebrando te præuenit. Eiecerat autem in terram semen pudendis manu admota. De cuius hominis continentia, ac constantia Galenū legit̄o, lib. sexto de locis affectis, cap. 4. Qui sanctum eo in hac re dignus repræhensione est,

Curatio

## CVRATIO Q: VAD R A G E S I M A

octaua, in qua agitur, quod dysenteriae bilio  
sæ sanguinis missio conueniat.

**R** Euerendus Abbas Graciolus dysenteria biliosa, cū febri laborabat: uir omnino sanguineus, obesus, et multo uini potui deditus. Qui, quum multum ex morbo affligeretur, accessiri me illiqa ad se fecit. Quē, quam sic dysentericum febrientem pinguem, et subruffum contemplerer, illi internam dextri brachij ueniam secare feci: et ad uncias quinque sanguinem fluere. A qua sanguinis missione melius habuit: ex paucis adhibitis remedijs, intra paucos dies sanitati fuit restitutus.

## S C H O L I A.

Contedunt multi nullatenus dysentericis sanguinis missionem conuenire: & pro sua fulcenda hæresi, Galenum adducunt, libro Artis curatiuae ad Glauconem: capite quartodecimo: ubi ait, Sed neque si fuerit febris cū profluvio uectris, alia est opus euacuatione. Verum hæc sola sufficit: quanvis non sit pro multitudinis ratione. Quicunq; enim his plus adimere fore necessarium putantes, aut sanguinem mittere, aut uentre mouere tentarunt: in grauiora pericula duxerunt. Hæc Gal. Quibus addunt: quod in dysenteriae curatione nunquam ipse sanguinis exitrahendi mentionem fecit: quod non præterisset, si aliquo modo sanguinis missionem dysentericis conuenire credidisset. Item dysenteria à

cæcochymia evenit: cui possius purgatio, quam  
sanguinis missio conuenit. Igitur sanguinis ex-  
tractio dysentericis admittenda non est. Hæc  
enim, & similia sunt, quibus non firmare conatur,  
venæ sectionem dysentericis fieri non debere:  
quæ uos facillimis euertere in præsenti conabi-  
mur contrarium indicantes: quum difficultas  
intestinorum biliosæ sanguinis missio summū  
sit remedium: præserium quando febris illi con-  
iungitur: quia febris cor occupatis ratione san-  
guinis missio conuenit: modo vires, ætas, & cæ-  
tera non annexa consentiant. Item, quia sanguini-  
nis extractio per uenæ sectionem, materiam ad  
ulcera corriuantem retrahit: inde fluxus minui-  
tur, & ulcera pristinam sanitatem consequuntur.  
Quibus adde, in dysenteria ulcera cum tortioni-  
bus, & doloribus compendiuntur, ad quæ mate-  
riæ fluunt: pro quibus retrahendis uenæ sectio  
summū est remedium. Hinc enim est, quod di-  
~~xix~~xit Auecenna Fen quarta, libri primi, capite de  
Phlebotomia, Amplius quia Phlebotomia, pro  
pter ea quod ad diuersum trahit, naturam secū-  
dum plurimum retinet: ut iure dicendum sit,  
nostram in hoc Reverendo Abbe admissam  
sanguinis missionem, iustum: ac Methodo qua-  
dam curandi certissima firmatam esse: Quia san-  
guinis missione euentatio quedam sit: qua uni-  
uersum corpus refrigerationem quandam con-  
sequitur: & ea mediante, mala membrorū qua-  
litas deponitur: & humorum acredo emenda-  
tur. Nec enim Galenus, unquam, si quis eius in-  
timius

timius depræhendat animum, in dysenterica ue  
næ sectionem uitauit, ut est uidere loco citato  
libri Artis curat. ad Glauc. in quo præ cæteris  
clarior sanguinis missionem in dysenteria abne-  
gare uidetur: Cōmendat autem inibi Gal. quod  
quando febri uentris profluuum copulatur,  
tunc nec uenæ solutio, nec sanguinis missio cō  
uenit: non propterea quod sanguinis missio con  
sentientibus viribus, non conueniat, quia retræ  
ctio sursum à partibus inferioribus fiat: & flu-  
xus fluxum curat: & naturam secundum pluri  
mum retinet: sed hac potissimum de causa. Quia  
quum febris adsit, & uentris profluuum super  
uenit, aut simul ambo inuadunt, timeret, ut si alte  
ra, uel per sanguinis missionē, uel pharmaci exhi  
bitionem euacuatio fiat: quod procedente mor  
bo, æger imbecillis fiat, & succumbat. Proinde  
hic Galenus potius medicum astentum reddit:  
quā illi præceptum tradit: quod alii profluuo  
febri coniuncto sanguinis missio, aut uenæ pur  
gatio non conueniat: conuenit quippe, ubi cæ  
tera consentiunt. Sed ea attentione, & cautela  
exercenda est: ut iuuet, & non noceat. Iuuabit  
autem quando malam intemperiem materiam  
gignentem, quæ fluxum fouet, extirpauerit: uel  
saltem contempnerauerit: aut sursum materiam  
paratam fluere, retraxerit. Sed hæc ex Galeno  
adducta, profluuo uenæ diarrhoeæ dicto mor  
bo, & febri cōplicato dicata sint proponamus:  
De quo Gal. tantum eo citato loco loquitur.  
At sermo noster de dysenteria, ubi ulcera, dolo

res & febres sunt, proponit. Quibus omnibus ē  
 directo sanguinis missio couuenit; nec Galenus  
 unquam eam negauit: Immo Aētius sermone  
 non suæ medicinæ dysentericis eam summum  
 esse remedium tradit, dicens: Si uero sanguinis  
 impetus uehementer urgeat: quemadmodum  
 etiam si maxima inflammatio subest, præsertim  
 in his qui plurimo sanguine abundant, uena in-  
 cidenda, si uires non resistant: & maxime in  
 quibus consueta sanguinis excretio cohibetur.  
 Auferre autem oportet neque multum, neque  
 coaceruatum: Ab utroque enim uenter concur-  
 batur. Omnis uero maxime cauebimus ne ani-  
 mi deliquium fiat. Quare desidenti etiam dysen-  
 terico uenam secabimus. Hac enim desidentes  
 forma dum secatur uena, minus reliquis animo  
 linquuntur. Hæc Aētius: quibus annexit sequē-  
 tia, apud nos pro ridiculo habita: & uere tanto  
 uiro indigna: q̄ ita habēt, secare autem oportet  
 in dextro cubito uenam humeralem appellatā:  
 neq; enim similiter hac uena incisa uires labefac-  
 tantur, & insensibiliter quodā modo, furtimq;  
 sanguis aufertur: quod si hæc non appareat, ne  
 cessario mediani secamus: inferiorem autē inci-  
 derc ob subiacentem arteriam, uitandum. Hæc  
 enim sunt quæ omnino puerilia diximus, &  
 Aētio indigna iudicamus. Quanquam non nos  
 lateat, pauca in suis extare commentarijs, quæ  
 non ab alijs acceperit: ut ex multis conflatum,  
 & resarcitum opus, dici mercatur: Cœterū sub-  
 dit, fissuram omnino tenuissimam infligemus:  
 non

non enim ob multitudinem sanguinis evacuandam, sectionem facimus: Sed ut materiam quasi per ritus transferamus. Paucus autem sanguis etiam multo tempore emissus, inflammationem mitigat; & sanguinis ad intestina delationem reuellit: iunatumq[ue] calorem sensim refrigerans, somnum magis, quam animi deliquium inducit. Est autem optimum dysentericis remedium somnus: Hactenus Aetij uerba. Quae sane contemplatione sunt digna: quū ad dysentericorum salutē, multum faciant, & ueram uenæ secandę methodum, ac uiam in dysenteria morbo doceant. Necq[ue] est, quod nobis obturdat aliquis Galenum uarijs in locis suæ doctrinæ: ex quibus decerpitur, sanguinis missionem tantum abesse, ut uentre constringat, & ipsius fluxum cohipeat, ut potius ipsum fluidum faciat: quod uerum esse cum illis fatemur, quando ad animi usq[ue] defectionem sanguis mittitur: ut apud ipsum legitur libro primo Aphorismorum, enarratione uigesima tercia: & nono Methodi mendendi, ueluti libello de sanguinis missione: quæ omnia aduertens Aetius, ubi supra, dixit, auferre autem oportet neque multum, neque coacer uatum. Ab utroq[ue] enim uenter conturbatur, & ultra, Omnia uero maxime cauebimus, ne animi deliquium fiat: nouimus autem nos cū Aetio, & Galeno, sicut Large sanguinis missiones ad animi usque deliquium factæ corpora refrigerant, & aluum citam faciunt: ita moderatae sanguinis extractiones, eam constringunt: &

K 5 eiusdem

eiusdem fluxiones cohibent, ut experientia quotidiana indicat: & Auicenna memorie commendauit.

**CVRATIO QVADRAGESIMA NO**  
na, in qua agitur de Puella uentris pro-  
fluuiio laborante:

**N**ata Magnifici Bartholomei, Gerardi nobilis Florentini, quum sedecim sue etatis menses æquaret, in uentris uarium profluuium lapsa est: quæ quum nutriti constringentibus, & optimis cibarijs usa esset, intrà paucos dies, sola ipsius lactis suctione, sanitas fuit restituta.

**S C H O L I A.**

Non enim puellæ huius uentris profluuium simile illi est, quo pueri lumbricis affecti corripi solent; pro quo curādo, artificio opus est: quū interdum fluxus pendet, lumbrici corporis alas partes ascendunt, occupant' ue: quibus ita hærent, ut difficulter foras protrudi possint.

**CVRATIO QVINQVAGESIMA,**  
in qua agitur de iecoraria dysenteria.

**B**Eltramus Neapolitanus Comes Illustris, quum ex Ferraria Neapolim hac iter ageret, in duplēm tertianam lapsus est. Qui cum deficientibus iam febribus, ad iter accingeretur, illi dysenteria iecoraria dicta superuenit:

uenit: & paucis elapsis diebus, diem suum obiit. Primo autem liquida sanguinolenta aquis, quibus recens caro lota esse uidetur, simillima emitere coepit. Postea ramentosa quedam, ac carunculas sanguinolentas, foetidas, graueolentes, & putidas: ut leceri post amissas eius facultates retentricem, & alteratricem, colliquatum esse, & eius carnem in dejectionibus emissam dicendum sit. Quod quandoque fieri meminit Gale. libro octavo de compo. med. secundum locos, capite sexto: in quo de hepatis affectiis agit.

**CVRATIO Q. VINQ VAGESIMA PRI  
ma, in qua agitur, de utero gerente muliere,  
dysenteria laborante.**

**P**RÆGNANS mulier quam gestationis nonum mensim aggrederetur, dysenteria letali corripi coepit: que nullis praesidijs dom. abatur. At quam pareret, illoco dysenteria restricta est, & illa paulatim sanitatem consecuta fuit. Alteram nouimus prægnantē sex mensium, que quam dysenteriam patiebatur, abortiuit: & sana facta est.

**S. C H O L I A.**

Dysenteria ante partum salubris ab Hippocrate iudicata est. Quod uerum esse historię nostrę testantur. Ita enim Hippocrates libro septimo de morbis popularibus memorię cōmendauit, Epicharmi uxori ante partum dysenteria, dolor, alii egestiones subcruentes, mucosae: ubi pessile statim sana erat: diversionis forte rōne. Cura-

**CVRATIO QVINQ<sup>V</sup>GESIMASE-**  
 conda,in qua agitur de muliere,quæ quum pa-  
 riebat insana, & melancholica fiebat.

**C**Areinatoris uxor uenusta, qui ad forum agit,  
 quum optimè semper ualeat, post partum illico  
 melancholia morbo afficitur: & per mensem in-  
 sana permanet. Sed postea paucis adhibitis præstidijs  
 ad consuetam sanitatem reuertitur. Cuius affectionis cau-  
 sa,humor melancholicus commotus parturitionis tempo  
 receisse uidetur.

**CVRATIO QVINQ<sup>V</sup>AGESIMATER**  
 tia,in qua agitur de puella ob dysenteriam ma-  
 le curatam emorta.

**P**rella nata annos decē dysenteria laborare cœpit,  
 & illa quidem crassioribus intestinis insta. Quæ  
 ita esse percipiebatur: quia præter deiectiones, quas uae-  
 rias emittebat, ramentosa quædam cruenta per se in eis  
 uidebantur, & in æ uentris parti dolores, & termina in  
 fixa erant. Cui cum nulla nostro consilio facta essent re-  
 media, & meliusculæ haberet, eius patres nobis præfa-  
 tiuncula habita, ne amplius ad eam iniuriam accedere-  
 mus, significarunt. Sed an auaritia cōbusti ignoro. Au-  
 ritia. Ut enarras se res habet: et me instigate, è domo pro-  
 trusus es tu. Amatus. Forte, quia me oīum maximè peta-  
 cē noueris. Auaritia. Absit: imo, quia te oīum medicorū  
 modestissimū, et liberalissimū, et mihi cōtrariū nouerim,  
 ut domo omni data opera excluderelis, conata sum. Artē  
 medicān liberaliter exerces, & nulla spectata mercede  
 ad

ad ægros iuisendos alacriter accedit: Hippocratem forte imitatus in suo iure iurando, & Epistola illa Senatui, populoq; Abderitano dicata: à quo hodierni medici longe distrahabuntur, in quoru ore frequētes uersculi ijs sunt,

Exige, dum dolor est: nam post quā pœna receſſit.

Audebit sanus dicere, Multa dedi:

Amatus. Ii doctrina tua imbuti necesse est, & illa carmina habeant, quæ in omni officina pro symbolo habetur: & ita leguntur.

Medicis in morbis totus promittitur orbis:

Mox fugit à mente Medicus morbo recedente,

Avaritia. Non hæc tantū tenaciter teneas. Sed ſepe ægrotis hodiernis ea obijcas, ac inculces, modo pecuniolas corradere, aut aliquid extorquere ex eis uelles, opus est.

Amatus. In tam male feriatis ægrotantes ut tu impingis, mihi incidere nunquam (quod euidem meminerim) hucusque contigit: tametsi orbis bonam partem perlustrauerim, & uariarum gentium animos dignouerim. Avaritia. Mirum dixeris, si modo uerum enarreris: quum hodie nesciis seminarij infecta omnia fit. Ita ut nulli hodie extent Manlij, nulli Cornelij, aut Scipiones: qui ut currentur tot clocent festertia: & ita amplissimis munericibus medicos honestent. Amatus. Nos tenui ac nostra fortuna contenti euadiimus. Tametsi nō semper in Manlios, aut Honorium quartum Pontificem Max. aut Ludouicium undecimum Galliarum Regem, incidimus. Avaritia.

Hoc, quum nosco, quod est apud Plutarchum, libello de bona ualitudine, & ita habet. Verecundior si fueris, paupertatem turpiter patieris. Amatus. Hæc missa faciamus, & ad puellam de qua sermo agitur, reuertamur: ad quon post nos alter ingressus est. Sub cuius tyrannie

*ca potestate, intra paucos dies obiit.*

## S C H O L I A.

Tameris ampla medicamentorum sylua dysentericis conuenientium compariatur: nos tamen hic ex eis nonnulla memoriae euocabimus, ut lector ea in promptu habeat. Primo occurserunt ex eis, purgantia: Deinde abstergentia, & lauantia: posre dolorum sedantia, & intestina contegentia, ultimo constringentia.  
Ex purgatorij medicamentis dysentericis conuenientibus est rhabarbarum parum ustulatum: aut ex primo infuso distractum, & secundo infuso darum. Myrobalanorum omne genus: & Thamarindi:

## Abstergentia, &amp; lauantia:

Aqua lactis, aqua mellis, aqua hordel, aqua decocti maluavis, decoctum furfuris triticei, ius cicerum, decoctum Guajaci, uel rosatum colatiuum, saccharum, & eis potentiora, lotium, lixiuum, muria piscium salforum, aut oliuarum colimbadum.

## Dolorum sedantia.

Dolorum sedantia, & intestina contegentia, ac humores obtundentia, sunt Adeps caprinus, butyrum recens, album ouii, uitellus ouii, Adeps porci nus, hircinus, Gallinaceus, & anserinus, Amilum, Tragacanthha, Gummi arabicum, oleum rosaceum, cera alba, ceratum album, quod album Galeni appellamus unguenium, & ex cera alba saepe elota, & oleo rosaceo cōponiur: lac coctum tragus. Et ex stupefacientibus dolorē sedantibus se

men

men hyosciami, semen papaveris, opium, pilula de cynoglosso, phylonium tanropere à Galeano, & medicis decantatum, athanasia: quorum pōdus à drachma una ad scriptula quatuor est: quæ non nisi uitribus ualentibus propinanda sunt. Ex opio uero, & stuporem inducentibus, paratæ glandes, per inferiora, non nisi filoligæ, immittuntur.

Constringentia sunt.

Poligoniu, idest corrigiola, uel sanguinaria, aut centumnodia dicta herba, Gnaphalium, centulus, uel romentum dicta herba, herbarijs satis nota: rhus coriarioru olim obsonijs deseruiens, nunc sumac dicta, præcipue eius semina rubra: Plantago tota: Bursa pastoris, rosa rubra sicca: Myrtus, thamarix: rubus, suberis cortex: mora acerba: semina uuæ: Glandium capita concava: quibus in Italia, & uniuersa Græcia. Coriarij pro præparandis pellibus utuntur: Lapathi semen, Galla, Malicorium aridum: rubi radix: Symphyti, idest maioris consolidæ radix, folia & semen: Balaustium, equisetum, idest cauda æquina: hypocistis folia salicis: Altheæ radix: Alcea, dicta ungariæ malua, summopere à multis Germanis laudata, præsertim pro dysenteria curanda: ladanum: Acacia: Coralli: Rheon ponticum, hodie multis satis cognitum: Coagulum leporis. Sanguis draconis: Thus: Mastix: terra lemnia, quæ multis laudibus digna est: & hodie sub boli armenicæ nomine adseritur, & in officinis uenditur: Carabe, succinum dictum: Cydonia,

nia, pyra, agresia: Corna lapidosa: mespila: oryza tosta, lentes cortice dempto, bis coctæ: cortices castanearum: cornu ceruinum, ustulatum: aqua pluialis calybeata. Vinum nigrum, crassum, acerbum: saccharum rosatum: antiquum. Ex quibus clysteres, inunctiones, unguenta, emplastræ, cataplasmata, foimenta, suffumigia, sacculi, potionis boli, pilulæ, & si quæ sunt alia, parari possunt: quibus practicatū libri referti sunt. Adsertur tamen hodie ex Indiae regione arboris cuiusdam liber, siue cortex, dysentericis unicum subsidium: quem Indiae incola sua uoce Gargapaū vocant: & eum primo in Lusitaniam attulit Doctor Barbosius medicus longa experientia præditus.

C V R A T I O Q V I N Q V A G E S I M A.  
quarta, in qua agitur de quodam hectico ad  
extremam maciem deueniente, qui po-  
ste sanitatem fuit adeptus.

**I**CANNES MARIA MARCANTONIUS vir opulentus, natus annos quinque supra triginta, ita marcōre, & tabe confessus erat, ut omnes eum medici pro hectico confirmaret, multis iam tentatis, pro eius recuperanda ualeitudine, remedijs, relinquerent. Qui, quum ad nos peruenisset, non quidem ut curaretur ( id enim factu impossibile uidebatur) sed ut suæ, & amicorum opinioni satisfacret: Is igitur, Dei gratia, paucis machinamentis, intra sex mensum spatium, sanitati fuit restitutus. Sunt autem ea nobis parata sequentia. Testudines uenorales accipies,

quas

quas Italia Galanis, Lusitania uero, iuxta, ac Hispania Tartarugas appellat: quas à testis suis denudabis, & optimè eorum carnes lauabis: quas incoquendas in caldario aqua fontana pleno, & multo triticò referto, curabis. Cæterum hoc triticum, ac carnes, & ius postea pullis galinaccis edenda dabis: & eisdem eos saginabis. Quibus pullis æger sèpe lacte apparatis uescatur: et alijs non utatur carnibus. Item singulis diebus, in aurora ieiuno stomacho libram unam lactis Asinæ recens emulcti cum paucō saccharo bibebat. Et exterius corpus humectantibus balneis irrigabat, & oleo uiolaceo, & amygdalarum dulcium, mixtis inungebatur. Quibus crassus, & obesus, ac sanus intra sex menses (ut dixi) est redditus. At testudines in cibo omnino, uelut altera similia, abhorrebat: qua de causa ad pullorum prædictam scginationē deuenimus.

## S C H O L I A.

Est autem Galeno authore libro de Tabe, capite sexto, duplex ipsa extenuatorum affectio. Una quidem, ubi is humor solidorum corporum perijt; qui eorum proprium est alimentum: & præterea moliores carnes liquatæ sunt. Altera uero, dum solidiora etiā corpora sunt exiccatæ: quæ utique & prima, & similaria appellantur. Hæc igitur nequit curari, sicuti nec senetus. Altera uero prima, scilicet dicta, periculo quidem non caret, non tamen eo usq; ut nullo modo curari possit. Quæadmodū hæc de qua à nobis sermo agitur. Plura uero de hec tica, & Marasmus legitio tertianostra Centuria: quā Deo

L opt.

C V R A T I O Q V I N Q V A G E S I M A  
quinta, in qua agitur de apparatu Trochisco  
rum de Vipera Theriacā adornantiū.

**M**Arst homines uiperarum uenatores, quibus uiperas pro conficiendis pastillis theriacis commendaueamus, uiperas non nisi media æstate Anconam portarunt. Præcesserat autem Ver pluuiosum, & frigidum. qua de causa reptilia, non nisi æstate uenari potuerunt. Iubet autem Galenus Veris tempore uiperas capi: uel saltem æstatis initio, pro prædictis conficiendis pastillis. At quum uer pluuiosum, & frigidum(ut dixi) antecesserat, & eas uenari, non nisi media æstate, fuit possibile, eisdem uti coacti sumus. A mari autem longe captæ fuerunt: ut Gal. suadet, capiantur: nam que ad ripas maris uersantur uiperæ salsuginē quadam præditæ, theriacam sitis conciliatricem maxime conflant. Quo fit, ab eis abstinendum iure Galenus suadet. Exemplum est: quod, qui ab ijs uiperis ad ripas maris agentibus, morsi fuerunt: siti ingentissima anhelantes interierunt. Ex Pincto autem Rauennate bæ adductæ sunt, promiscuè masculi, & foeminae, recens capte, numero duodecim. Quas Albericus dexter pharmacopola, super tabulam interficiebat, unius cuique caput, & caudam acutissimis duobus cultris, quatuor digitorum quantitate, & maiori, præcidendo. Quas rum nonnullas foetas uiperinis catulis ad exitum matutinis, offendimus. Erant autem uiperæ omnes hæ post obitum uiuaces, & mobiles. Cupit uero Aëtius pro ijs theriacis concinnandis orbiculis foeminas uiperas habere: quas foetas

feetas omnino detestatur Galenus libro primo de Antidotis. Quia, ut tradit Aetius, scipisis prægnantes magis exasperata redduntur. Eis igitur interanea exempta sunt: et pellis detracta. Quæ in longitudinem apertæ, et optime aqua lotæ, et albæ redditæ, in cæcabo aquæ pleno, adiecto uirètæ anetho, ita incoctæ sunt: quo ad spinae à carnibus separari uidebantur. Hieronymus. Cur micam salis à Galeno desideratam, in hac coctura prætermisisti? Amatus. Quia æstatis tempore uiperæ captæ sunt: quarum caro tunc sitis efficax admodum est: unde à Galeno citato loco traditum est, iam uero salis iniici debet, siquidem conueniente tempore uiperas ceperis, mo dicum: sin autem æstate, nihil. Hieronymus. Recte sane Galenum tenes: quem quoque aliquando uiperis in æstatis captis, pro orbiculis ijs componendis, usum fuisse, creditu facile est: quum tunc temporis uiperas absque sale incoquendas suadeat. Amatus. Id uerisimile est: et enim magis, quia nonnulli (ut ille refert) media æstate uiperas uenadas esse contendeant: tametsi corum opinionem refellat. At quia non semper instituto tempore uenari uiperæ possunt, media æstate si habentur, ex eis pastilli recte conficiuntur: modo nihil salis, aut panis saliti, aut fermentati, ut à nobis factum est, addatur. Uiperas igitur optimæ coctas ad prunarum ignem ex lebete extraximus: quarum carnes ab spinis optime purgatas mortario indidimus. Quibus panis azimi biscocti tantum super addi fecimus: quantum pro componenda materia, ut recte ex ea pastilli formentur, uisum fuit. Nam libello de Theriaca ad Pamphilianum Galenus tantum panis nitidi arefacti admittit: quantum carnium uiperæ par pondus est: Dæmocritum forte secutus: qui tantum panis, quantum car-

pro ijs orbiculis fingendis, adiungebat: ut meminit ipse libello de Theriaca ad Pisonem. Criton tamen, ut idem Gal. meminit ultimis uerbis de Theriaca ad Pomphiliae num, carnis uiperarum decem, unciam unam panis sicciginei, id est, ex farinæ flore parati, admiscendam censet. Porro libro primo de Antidotis Galenus, ubi de hac re per ample loquitur, inquit: Nonnulli dimidiam ponderis partem ex pane iniiciunt: nonnulli uero tertiam. Ego etiam quartam, quintamque nonnunquam indidi. Quum igitur Galenum nos hac in re uarium contemplaremus, diligenti pharmacopole commisimus, tamum biscoeti panis misceret, quantum pro formandis pastillis sat esset: qui, ut mihi querenti postea exposuit, panis tertiam partem ad summum, carnis uiperarum pro conficiendis pastillis admiscerunt: ut ex carnium pondere æqua lance facto, deprehendebat: in qua carnium cum pane mixtione, iuris siue ex uiperis decocti paululum miscuerat: tametsi Galenus hoc non admodum laudet, dicens: Qui ante me Cæsari antidotum præparabant., Viperarum decocto ipsum irrigabant. At ego longo tempore id factitabam: uerum postea melius esse existimauit, panem in leuorem detritum, ita uiperarum carni diligenter prius contritæ, permisceret: citius enim hoc pacto orbiculi siccescunt, arido pane, non humido illis admixto, haætenus. Gal. Ex hac igitur optime efformata massa, trochisci admodum subtile, et parui sunt compositi, quos oppobalsamo ex Peru, terra superioribus annis noniter reperta aducto inunctos, ut suadet Galenus in umbra exiccari fecimus: ita tamen ut singulis diebus eos pharmacopola, bis, et ter, cuarteret: ne altera corum parte exiccata, altera humidior manaret, putredini obnoxia. Continuo igitur ad quindecim dies

dies uertebatur, qui optimè siccati uitreō in uase sunt re-  
positi, et asseruati. Perdurant autem ijs ad quatuor usque  
annos, & amplius: qui theriaces fundementum sunt: &  
ab eis theriaca nomen contraxit: ut in Scholia patebit.  
Valent autem trochisci ijs potissimum Elephantiasī, &  
alijs uarijs affectionibus: de quibus, quum dabitur occa-  
sio loquemur.

## S C H O L I A.

Vocatur pastilli ñ de uipera, siue orbiculi  
theriaci, aut potius trochisci de Tyro: unde qui  
inter trochiscos de uipera, & trochiscos de ty-  
ro differentiam facere contendunt, omnino hal-  
lucinantur. Ex ijs autem receptari quidā sunt  
luminaribus æquales, quos sua inscripsa dimittit  
resatius est. Est autē θήρεον Græcis idem quod  
Romanis fera, siue reptilium omnē genūs: unde  
euipera, quia fera, & thierion dicta, Theriaca an-  
tidotus appellatur: non uero à tyro animali par-  
ticulariter sic dicto. Vocant autem Arabes ty-  
rum, Viperam: ut ex Serapione facile quis cō-  
prehendere poterit: quium, quæ Echidnæ Græ-  
ci tribuunt, ille suo tyro conscripsit. Multi tamē  
tyrum à uipera diuersum animal, & in Aegy-  
pto repertum credentes, trochiscos de uipera  
diuersos à trochiscis de Tyro faciunt, quum ta-  
men Tyrus apud Arabes, & Vipera Latinis, idē  
sit, ut latius Leonicenus, in Plinij, & Medicorū  
erratis primo aperuit: & post eum Manardus  
Ferrariensis, ac Leonardus Fuchsius Germanus  
Cæterum Theriaces apparatus, breui quium

omnia ad manum fuerint, & eam præparauerimus, describemus. Curamus autem nos singula simplicia eam adornantia, uel ex finibus orbis, nullis parcentes sumptibus selecta habere.

### CVRATIO QVINQVAGESIMA sexta, in qua agitur de lyenteria.

**D**ominicus Margareetus nobilis Anconitanus senio confectus, quum per plures dies semicrudum cibū per secessum emitteret, & multa illū presidia tentata nō iuuissent, hoc electuariu[m] ultimo refectus fuit: & sanitatem obtinuit. Recip. succhari rosati Neapolitanī antiqui. unc.6. Tberiacē optima. unc.6. Cum miua cidoniorum completa. q. suff. misce, fiat conditum: cuius semiunciam singulis auroris iejuno stomacho capiat, & nihil desuper bibat.

### CVRATIO QVINQVAGESIMA septima, in qua agitur de puerō mania correpto.

**P**er Hebræus annos natus sedecim, temperatura bilio sa ad atram inclinante, per Italianam canicula uigente thura uenidebat: qui quum noctu uiuum sepeli somniaret, sequenti die à cibis abstinuit, iejunium Hebreorū more celebrando, in quo, & per torridum solem iter faciebat. Ex cuius uestione, ac inedia exassati huiusores cakput obrepserunt: & puerum insanum reddiderunt. Nam ad diuersorū, quum pueris peruenisset: ex puteo aquā hanriebat, et subuculam, qua induebatur, lauare mittebatur: quem quum mulieres increparent, quadrantes ex crume-

na extorste, & in puteum eiccit. Quo facto, hunc delis-  
rantem mulieres iudicarunt: & eum in cubiculum subdi-  
xerunt: sed postea Bononiam transmiserunt. Vbi à medi-  
cis utcunque gubernatum, illico paucis intermedij dica-  
bus Anconam amandarunt. Ad quem accedens ipse, om-  
nia(ut deceat) ab assistib⁹ inquirō. Et hunc primo in-  
sania affici: & postea interposito uno, uel altero die, fe-  
bri uexari deprehendi: qua & nunc corripitur: tertiana  
scilicet dupli, raro solita deficere. Cui memoria parum  
est leſa, ceteris omnino corruptis diab⁹s potentijs, scili-  
cet Imaginatrice, & Ratiocinatrice. Huic igitur reme-  
dia conuenientia adhibiturus, primo sanguinem ex capi-  
tis uena, cephalica dicta extrahere facio, cuius missione  
quum praesens essem, nec eum admodum atrum, & cras-  
sum, immo optime cōsistentiae, & coloris rubri uiderem:  
tribus effluxis uncijs, uulnus occludere feci. Et illico hūc  
ebibit syrum. Recip. Syrupi de Boragine, de uiolis,  
nenupharini, an. unciam medianam. Aquarum lactuce, uiol-  
larum, endiuiae, an. unc. i misce, quem in aurora, & ue-  
speri singulis sequentibus diebus capiat: noctu uero ca-  
put hac embrocha irrigatur, quæ habet. Recip. foliorū  
lactuce, endiuiae, boraginis, hyosciani, uiolarum, seneciae,  
licium papaveris nigri cum suo semine, numero. i z. flo-  
rum boraginis, nenupharis, uiolarum, buglossæ, rosarum,  
an. pg. i. In libris quindecim aquæ fiat decoctio sufficiēt:  
facta colatura, adde olei uiolacei, rosacei, an. unc. 3. misce,  
quo infuso per diuidiam horam caput irrigetur, ac aba-  
stero, tempora, frontis, nasus, & brachialia populeo inun-  
gantur, ad somnum conciliandum, & malam calldam, &  
siccac̄ intemperiem emendandam. Dein uero cucurbituz  
la spatulis cum scarificatione adnotae sunt, ueluti frictio-

nes, retractio[n]es, ac derivationes: quin et hirudines anno  
adnotare fuerunt: quibus omnibus melius habere coepit.  
Nam et humore[m] s[ecundu]m per leuiora quedam pharmaca  
eucuabamus, veluti syrump[er] rosatum solutiu[m]: deco-  
ctum senecae: diacatholicum, diaseae, et similia: porro con-  
ditum quo semper interdiu utebatur: tale habetur.

Recip. conseruæ uiolarum

De Boragine

{ an.unc. 1.

De Buglossa.

Conseruæ florum nenupharis. unc. 2.

Pulueris senæ.

unc. 5.

Cum syrupo de pomis. q.suff. misce, fiat mixtura, et an-  
ri folio inauretur. Is eni[m] intra quinque dies respicit,  
et ab insania eus sit. Febris tamen eo dicto modo horri-  
da singulis diebus cum inuadebat. Fuerunt autem omnes  
dies insaniae uigintiquinque. At febris relicta, ut biliosa  
tractata fuit: que fluxu uentris superueniente soluta fuit.

### S C H O L I A.

Cum irrigationes capiti machinabantur, co-  
tendebat quidam medicus ex assidentibus, deco-  
cto olea non esse admiscenda: sed longè melius  
fore, si post embrochias ex decocto tantum fa-  
etas, olea capiti per se applicarent: Sed is mea  
sententia, omnino extra Galeni mente loquebae[st]:  
quū somentū, siue irrigatio ex oleo aquis mix-  
to, hydræleo dicto magis humectet, quā perse  
oleū: aut aqua sola admota: ut huius rei est au-  
thor Galenus lib. 2. de Facult. simp. me. cap. uige-  
sim quinto: quia sic mixtum magis hæret quā  
per se solum applicatum. Cæterum, cui capit[is]  
parti

parti remedia sint applicanda, si recolo, prima harum medicinalium curat. Centuria diximus. sed & nunc evidentioris doctrina gratia, ex Galeno nonnulla subiungam: quae apud illum libro tertio decimo Methodi medendi leguntur, & ita habent. In praesenti eam quae a partibus sumpta est indicem et, prepositura est per se qui, ueluti statim in his quae ad caput pertinens, & si non aliud, saltem illud nosse cuius est promptum, obiectam uobis ante cerebrum esse crassam membranam, quae costis istis externis sit assimilis: posthanc etiam cranium. Itaque resoluti in densis obicibus, & duris, praesidiorum, quae impo- ponuntur, uis est necesse: ac nisi suturas in capitis oste natura ipsa fuisset molita, nihil adeo estimandum efficeret pharmacum ullum, extrinsecus impositum: Sed quoniam etiam suturæ, & in his præcipue coronaria, non solum impositi medicamenti qualitates, sed etiam substantiam, si tenuis est, facile intro transmittit: meritò multa circa cerebrum uitia ab extrinsecus applicatorum remediorum facultate iuantur. Ipse enim in me ipso expertus memini, quum infunderetur rosaceum frigidum citissime, clarissimeque sensisse me in sincipitis loco, eius intro penetra- tionem. Et subdit: meritò igitur ad hanc corona- riā suturam applicant omnes medici capi- ti infusiones: uidelicet accepta quasi per manus à primis inuenitoribus ratione, ad id opus uenientes: & cetera.

**C V R A T I O Q V I N Q V A G E S I M A**  
 octaua, in qua agitur de pueri cōtinuo febri-  
 te, qui sola surarum scarificatione  
 sanus evasit.

**F**ilius Barbosi natus annos nouē, quū febri cōtinua  
 corriperetur, et inter medicos cōsultū esset pro eius  
 salute de sanguinis missione, primo à surarum scarifica-  
 tione cōptum fuit: qua uel tātum illico sanus est factus.

### S C H O L I A.

Quantum crurum, & brachiorum scarifica-  
 tio salubris sit euacuatio, hodie à medicis Ita-  
 lie, & Germaniæ, Galliæ ue prætermissa, prima  
 harum medicinalium curationum Centuria dia-  
 ximus, ad cuius lectionē lectorem remittimus.

**C V R A T I O Q V I N Q V A G E S I M A,**  
 nona, in qua agitur de utero gerente mu-  
 licre dolore affecta.

**V**ixor cuiusdani cori aris utero gerebat: caput dole-  
 bat: febricitabat: spatularum grauedinem persen-  
 tiebat: ac de lateris sinistri dolore querebatur. Huic opti-  
 ma uictus ratione instituta, ad frigidum inclinante, cu-  
 curbitulas spatulis, cū scarificatione admouerē iussimus.  
 Postea uero ex meliloto lateri dolenti ceratum admouis-  
 mus. At syrapi uice aquam hordeaceam lulepo uiolaceo,  
 exceptam, in aurora iejuno stomacho, dabamus: & intra  
 sex dies sanitatem obtinuit.

Curatio

CENTVRIA SECUNDA. 378  
CVRATIO SEXAGESIMA, IN QVA  
agitur de quodam qui panis, sive bubonibus  
circa inguina corripiebatur.

Filius Vincentij Coriarij, qui apud Fanum Diui Nico-  
lae habitat, quem apud milicem Gallica scabie fo-  
datam per dies aliquod moraretur, duobus bubonibus cir-  
ca inguina correptus fuit. Dicitur autem bubones iij.  
Græcis phymata, Latinoribus uero pani. Nam natura  
emunctoria, sive adenes in corpore tanquam loca igno-  
bilia, ex superfluitatum receptacula, dispositi: ut capiti  
retro aures, collum. Alas membris spiritualibus, sub bra-  
chijs: Naturalibus uero, inguina. Quum igitur caput af-  
ficitur, & potens est materiam mittere retro aures, dica-  
to sibi emunctorio, conatur: loco, ubi tubercula parotides  
fiunt. Quum uero spiritualia membra: ad alas. At quia  
plerunque pestis cor, & membris spiritualia inuadit: bu-  
bones pestis tempore sape in aliis apparent. Porro ieco-  
re infecto, & naturalibus membris, prout à morbo Gallè  
co infici continuo solent: bubones inguinibus dicti pani  
nasci solent: ut buic iuueni contigit, annos nato uiginti.  
Cæterum, bubones iij, tametsi ab omni possunt gigni hu-  
more: potissimum tamen ab atra bile, & pituita fiunt.  
Circa quorum curationem, optima prius uictus ratione  
instituta, emplastrum, quod aiunt matura, ut illis ap-  
poneretur, descripsimus. Quod habet,

Recip. Maluæ.

Branchæ Ursinæ

Altheæ

Chamomilæ.

Radicum altheæ.

{ an. m. r.

fac. 1.

Cartæ

Caricarum. num. 12.  
 In aqua fiat decoctio, & colatura: postea uero in morta  
 ria omnia optimè pistentur: quibus adde, farinæ chamo  
 milæ, Fenugræci, seminis lini, an.unc. 2. Vitelli oui, nu  
 mero. 3. Croci, drach. 1. Axongiæ porcinæ libram mediæ,  
 Olei lilini, unc. 3. Et cum prædiclo decocto formetur  
 emplastrum: & à chirurgo, ut decet, adponatur. At à  
 sanguinis missione abstinuimus: quia multum eius per na  
 res effluixerat. Sed quod maxime in hac re adiutare de  
 cet, est: quod interdum bubones ij integri, & non aperti  
 erant, à corporis purgatione uniuersali abstinuimus: Sy  
 rupos tamen alacriter illi concessimus: qui habent:  
 Recip. Syrupi de Fimoterra. unc. 1.

De Epithymo. unc. f.

Decocti senæ. unc. 4.

Misce, fiat syrpus.

Quem ieuno stomacho bibat: & eum assiduet: quo ad bu  
 bones aperti sint. Quum uero ad suppurationem perue  
 nerunt: & pus ex illis per emisarium factum effluere coe  
 pit: tunc pharmacum illi censemus: & bubones adapertos  
 per duos menses, sic persistere fecimus. Scabiæ enim sca  
 tebat, & ex capite capilli decidebant. Tunc uero iterata  
 euacuatione per catapotia ex nitro, inungi quinques eū  
 fecimus, unguento à nobis descripto, Curat. septuagesie  
 ma quarta primæ centuriæ, multatis tamen nonnullis pro  
 temporis, etatis, & temperaturæ ratione: quo optimè fu  
 davit: post quintum diem multa per os ciecit, & tandem  
 proximis uiginti diebus sanitati fuit restitutus.

### S C H O L I A.

Phymatis nomen æquiuocum esse alias dixi  
 mus.

mus. Sed nunc phymata, panos esse, inguinibus, adnatos tumores firmamus: nec enim ignoramus Φύγετα à nonnullis panos appellari. Sūc quippe Φύματα inflammationes Erysipelatos, uel Erysipelas cum inflammatione: quæ plerunque inguinibus nascuntur: pani romanis dici: quos Hispani incordios, aut mulas. Itali uero tinconas, uel romana seruata voce, panchas, à panis appellant. Errant qui apud C. Celsum pānes pro panis legunt: quum pāni tumores dicti vocentur. Et ijs temperib[us] morbi gallici præsagia sint. Cæterum Galenus libro octavo de placitis Hippocratis, & Platonis per Φύματα, uirgæ ulcuscula intelligit: parum alioqui interprete aduertente. Ut iure dicendum sit phymatis, & phygetili nomina late patere: ita ut per ea omne genus tumorum, & tuberculorum intelligi ab re non sit.

### CVRATIO SEXAGESIMA PRIMA, in qua agitur de ulceribus renibus firmatis.

**L**Euiori nephritide corripiebatur apud Anglos. Altaratus uir probus, triginta natus annos. Qui lucr gratia, quum Graciam, nūc Turchiam dictam, intrasset, & Anconam se recepisset, ob labores habitos, auctus est morbus, & sanguis illi per integrum anum cum urina effluxit. Cui malo nunquam Curationem aliquam molitus fuit, aut præsidium adhibuit: Cessante uero sanguinis fluxione, lotum crassum, sabulosum, puluerulentum emittere ceperit: cum quo & obtusum quendam dolorem circa

circum regionem persentiebat: Elapso uero nonnullo tempore difficulter is urinam mingere coepit. Sed postea succedente adhuc morbo, inter anum, ex testiculis huic oborta est inflamatio, siue apostema tactu molle: urinæ ejaculationem omnino impediens. Sed non ob hec febricitabat: grauiter tamen angebatur. Et merito sane: quia morbus periculum minabatur. Immisso igitur catheteri nihil profuit: quum tamen alij profuisse uideramus. Et ea de causa concessò purgatorio medicamento hoc, ad Topicæ condescendimus auxilia. Habet autem pharuncum sic. Recip. Syrupi resati soli: iiii unc. 3. Decoctionis scirpe cum glyciriza, et fructu Halicababi, Alcacengios Arabes dicunt, apparete. unc. 4. diabenedictæ. drach. 3. misce, et ieiuno stomacho bibat, et parum si uoluerit desuper dormiat: quo optimè egesbit.

Topicum medicamentum.

Recip. Axungie Galline parum, desuperponatur.

Aliud.

Recip. Chamomilæ, Malvae, Maluanisci, an. m. 1. in aqua sufficienti fiat decoctio, facta colatura, in mortario praedita triturrentur, quibus adde, farinæ chamomilæ, fabarum, hordei, an. pg. 1. Ellum predicto decocto, quantū suffecerit, fiat emplastrum, et in linea panno admouetur, et ligatura optimè adaptata, pro loci ratione ligetur. At interim dū hæc siebat syrups sequetes ebibebat. Recip. Syrupi spilleri ueneris, liquiritiae, de absinthio, an. unc. 5. Agrum Alcacengi, absinthij, an. unc. 1. ex s. misce. Postea uero iterum ex pharmaco ab excrementis alleuiata alio, inflamatio ad suppurationem utcunque peruenit: cuius pus contentum, ne uescæ collum roderet illico de illius extractione solliciti fuimus. Sed an candente

te ferramento, uel frigido incisorio, in dubium uertebatur: denum hinc inde pro ratione, adducto cauterio igni to apostema apertum fuit: quod forte contra rationem pro loci positura factum habebitur. Sed ut postea experientia depræbensum est: perinde fuit: ut paulò postea dicimus: Nam per prædictam incisionem urina emittebatur. Circa quam plura alia foramina sua sponte aperata sunt: per quæ omnia, urina quoque expellebatur: & illa quidem sanic infecta, sabulosa, subalbida: ex interdum ad nigritiem declinans. Erant nero inferiora illa adeo flacida, & corruptione infecta, ut ea ad consolidationem trahere, impossibile uidebatur: per dictam tamen incisionem, Syringe ejaculatoria, medicamenta abstergerem, & ulcera exiccandi vires habentia emittebantur. Per quod, & tuberculum altero testiculo instituti, præsumrum, & contumax, & dissolutum fuit. Nec enim unquam mihi animus fuit prædicta ad cicatricem trahere foramina, quia timor erat, si occluderentur foramina ipsa, & via lotio crasso, & sabulo interciperetur: quod ulcera maligniora fierent: & consequens ipsum in obitum traherent. Cæterum quum is per longum tempus sic affectus maneret, Ferrariam se contulit: ubi medicorum consilio ad balneas calderias, postea ad luccenses ferreas iuit. Vbi ipsarum medicatarum aquarum potu, urinæ clariores, et limpidiores euaserunt. Sed octo interpositis diebus, ad consuetam crassitatem, & malignitatem sunt redditæ. Unde iudicatum fuit, ulcera renibus substantiæ sordida infixa esse, que confirmata practici uocant. Contra quæ Ferrarienses medici multa machinati sunt, sed frustra. Qua de causa Anconam rediit: ubi ab epoto guaiaci decocto paulatim marcore infectus, fluxu ueteris supueniente obiit.

Curæ

## CVRATIO SEXAGESIMA SECUNDA,

da, in qua agitur de nonnullis qui ob potum  
frigidum mortui sunt.

**E** Legans, & optime statutæ iuuenis Romanus, quicq[ue] pila luderet, & sudore respersus, ac totus madidus, & fatigatus ad puteum pro siti arcenda uenisset; ex hanc sta frigida recens per caldarium extracta, illico in terrā eccecidit, & obiit. Alterū mouimus ex ijs, qui in campo ne gotiantur: qui quum non minus corporis totius ad apertis poris, madidus donum reuerteret, & uini frigidioris aquæ ebibit: & mortuus queat. Sed alterum: uiuimus, qui quum domum peruenient, a gente magno æstu, cellam uinariam ingressus fuit, & cakitem meccioris, uini frigidi exhaesit, & exanimatus eccecidit. & uitam cum morte commutauit.

CVRATIO SEXAGESIMA TERTIA,  
in qua agitur de ultimo iā in morois refrigeratis.

**P**uissibus iam destitutis, & frigidis factis, ad quos diuerterimus, & agrotantibus, Sindone calfacta eos obuolui iubemus: & uitellos ollorum, cum paucō uino generoso, deglutiondos damus: quorum nonnulli evadunt. Sed ijs, & similibus, qui acutissimis, & malignioribus febribus corripitur, & secum pulicare accidens trahunt, bolum Armenam Orientalem, quam terram leuiam uera alias dixinius, cum optimo uino, & aqua rosacea, uel carnium succo, aut huiuscmodi alio liquore mixtam, bibendum dabamus: & efficax remedium esse plerunque experti sumus.

Curatio

CVRATIO SEXAGESIMA QVAR-  
ta, in qua agitur de iuueni mania affecto.

**R**Aphaelis Frater iuuenis robustus, quum apud Arie-  
minenses ageret, febri correptus fuit: ubi à medi-  
cis utcunq; gubernatus Anconam uectus est: ubi quum  
à medicis tractaretur, eo die quo pharmacum purgato-  
rium ebibit, in maniam deuenit. Ad quem sequenti die uo-  
catus ipse, paucis adhibitis, febris manente mania, depo-  
sita est. Pro qua leuanda mania, sic orsi sumus.

Recip. Syrupi de pomis saporis. unc. 1.

De Epithymo                                   } an.unc.s.

De fumo terr.e.

Aquarum Boraginis,

Melisse,

De Fumoterræ.

} an.unc.s.

} an.unc. 1.

Misce, & clarificetur. Et cum speciebus lœtificantis Al-  
mansoris aromatizetur: At interea dū syrups ebibebat,  
uenis hemorrhoidalibus Sanguisugas duas, eo modo à no-  
bis s̄epe dicto, & usitato, adiuuere fecimus: & optimis  
cibarijs illum tractabamus. Post quorū amplam ebibi-  
tionem, pharmacum purgatorium sequens illi obtulimus.

Recip. Syrupi rosati solutui. unc: 3.

Confectionis de senæ. drach. 3.

Electuarij de psyllio. drach. 2.

Decocti senæ completi cū paucis myrobalanis iudicis co-  
positi uncias tres, misce, fiat pharmacum: quod in au-  
rora ebibat: & desuper per horam dormiat. Quo multa  
bilioſa, subnigra egeſſit: & meliuscule habere coepit. Nā  
tunc de brachiorum, & bumerorum dolore aliquantulum  
conquestus est: ab quem cucurbitulas ſcapulis cum ſcaris

Mificatio re

ficatione admouere iussi, numero quatuor; per quas sa-  
guis pro loci ratione abunde fuit extractus: et humorū  
cuidens facta retractio. Quibus uanæ imaginationes im-  
minui cœperunt: et iam resipiscere uidebatur: et eo ma-  
gis, quia antea semper irrigationibus caput fouebatur,  
et ille electuarijs, ac conseruis reficiebatur. Sic autem  
habent irrigationes.

## Recip. foliorum senæ

Follicolorum senæ  
Chamomilæ  
Maluarum  
Menthæ siccæ  
Melisse.

} an.m. 1.

## Florum Borraginis

Buglossi  
Violarum  
Rosarum  
Verbasci.

} an.pg. 1.

Hordei mundi.

pg. 1. et s.

In libris quindecim aquæ fontane fiat decoctio sufficiës,  
et colature adde olei chamomclini, rosarum, an. libram  
mediā, misce, et fiat ex alto cum spōgia Embrocha mane,  
et uesperi: Sed electuaria quib. utebatur, talia habētur.

## Recip. Conserue de Borragine

De Buglosso.

} an.unc. 3.

De floribus Arantij. unc. 2.

Fragmentorum preciosorum. drach. 1.

Margaritarum

Corallorū. rub. præp. } an.scrip. 1.

Cum syrupo de pomis quantū sufficit, misce, et fiat mix-  
tura: et cum folio auri inauretur, de qua ad placitum  
pitisset:

pitisset: & sequentes aquas de super gustet.

Recip. Aquarum Boraginis

Buglossæ

Melissæ,

} an.lib.s.

Misce. Nam & parum uini optimi parum diluti, interdum illi concedebamus. Eis autem predictis iteratis, ac non nullis alijs de nono adhibitis, is ad sanitatem intra mensem restitutus fuit. Porro Florentinus miles Veteranus, quem ad nos insanum ferreis catenis ligatum attulerunt, uere melancholicus erat: cuius per duos menses eum habuimus: Sed absque successu felici. Et ea de causa, in patriam eum reduci fecimus. Vbi intra sex menses ex integro illi intellectus restitutus fuit. Delectabatur autem is cantilenis, & minis rerum ridicularum. Ceterum plura huic rei facientia lege apud Rasim libro nono ad regem Almansorem, capite de Melancholia: cui uiro (mea sententia) in curandi arte præ ceteris Mauritanis fides præstanda est. tantum enim semper ad Galeni & Graecorum mentem loquitur.

CVRATIO SEXAGESIMA QVINTA,  
in qua agitur de pueru, qui epoto arsenico,  
post elapsum annum obiit.

Famulus Arubas, de quo prima Centuria sermonē fecimus, unā cum hero, & domina, ac corum filijs arsenicum pullis per famulam clam inspersum gustauit, qui inde paulatinu tabificus, ac marcidus factus, intra annū obiit. Erat autem famulus hic puer duodecim tantum natus annos. Nam & predicti Arubas filiola, quæ quoque pullorum sic arsenico infectorum carnes gustauerat, hoc

die imbecillis est redditum, quum famuli, immo uniuersitate  
carnis uiam inseguiri breui credendum quoque est.

## S C H O L I A.

Reperiri uenena, quæ intra annum, aut (ut dicitur) ad determinatum tempus interficiant, fabulosum non est. Sunt quippe uenena, quæ intra mensem opus suum consciunt, alia citius, alia tardius, pro subiecti ratione: de quibus subticere satius est.

**CVRATIO SEXAGESIMA SEXTA,**  
*in qua agitur de Melancholia morbo.*

**P**etrus Treuifanus, apud Anconitanos Procurator, uir tres supra triginta, natus annos, Melancholia morbo laborabat. Nam mentis alienationem, seu absque febre desipientiam patiebatur, quæ à sanguine melancholico uniuersum corpus, cum cerebri laesione, inficiente cœnabat. Cui occurrentis ipse, primo anno hirudines duas ad mouere feci: quas facillime cuiuis corporis particulæ hæc rere facies, si modo eam animalculi alicuius sanguine inunixeris, uel melius, si mulieris uel quadrupedis lacte locum irroraueris. Iam enim animal hoc sanguinis, & lactis asidum est. Cæterum, sanguinis tantum fuit extractum, quo ad sanguisugæ sua sponte ceciderunt: & sanguis absque adminiculo, & costrictione aliqua restrictus fuit: que sane euacuatio primatū in melancholia curacione obtinet: ut sèpe testatus est Hippo. libris Aphoris. & sexto de Morbis popularibus: cui postea omnes medici facile

facile subscriperunt. Ab hac uero euacuatione, proposita uictus optima ratione, præsertim cibariorum boni suseci, & humectantiū, leue hoc pharmacum propinauimus.

Recip. Syrupi de Epithymo: unc. 2.

Syrupi rosati solutiui unc. 1.

Confectionis senæ. drach. 2.

Diaphœniconis. drach. 1.

Decocti senæ. unc. 3.

Misce, fiat potus, quem per duas horas ante cibū capiat. Post uero hanc prædictam minorationem, ijs usus fuit syrups. Recip. Syrupi de Epithymo, de pomis saporis, an. unc. 1. Decocti senæ. unc. 3. misce. Elapsis uero octo diebus ægrum catapotis à Rasi libro nono ad regē Almansorem descriptis, capite de Melancholia, purgauimus, quorum descriptio ita legitur.

Recip. Epithymi cretenis. drach. 20.

Polipodij

{ utriusque drach. 10.

Agarici.

Ellebori nigri

drach. 5.

Succhari.

drach. 5.

Stœchados..

drach. 7.

Pulueris hyrcanicæ. drach. 15.

Misce, & ut expedit formetur massa: & ex ea fingantur catapotia: quorum ad drachrias tres pro uirium ratione offeruntur. Nos uero scriptulos quatuor, adiectis diagridij grants tribus, ægroto nostro optimo successu dedimus. Sed interea dū hæc moliebantur, balneis ex aqua potabili cum arietum pinguum capitibus decocta lauabatur, quibus oleum sesaminiu, & chamomelinum quoque adiiciebamus: immo interdum folia senæ & fumariæ herbam adiiciebamus: non minuis quoque condita cordia

lia, contra atrā bilē facientia huic dabamus: ut succharū  
borraginatū, buglosatū, arantiatum. Et ex elestuaris of-  
ferebantur diamoschus dulcis, diambra, pliris arcoticon.  
letificans Galeni, letificans Almansoris, fragmenta la-  
pillorum preciosorum, Margaritæ, & cætera, à quibus se-  
næ puluis nunquam eliminandus est. Quibus addere est,  
quod somnus unice procurabatur: et res illi obijciebatur,  
quibus maxime exhilarabatur. At quum per menscm hæc  
concessa fuerint: & alienis suis cogitationibus perseue-  
raret: temporis spatiū iuxta Rasis documentū, inter-  
posuimus: in quo à medicamentorū exhibitione obtinui-  
mus: ut ægrotantis vires interim reficerentur. Sed octo  
interiectis diebus, ad medicamentorum propinationem  
reuerſi sumus. Et primo ad syrum de Elleboro, ex de-  
scriptione nostra, maniacis, & melancholia affectis, salu-  
berrimum: cuius descriptio talis est.

Recip. Ellebori nigri. unc.s.

Succi pomorum dulce unc. 10.

Radicum Borraginis

Radicum Buglossi.

Polypodij quercentii

optimi

Epithymi.

Folliculorum senæ

Foliorum senæ

Chamepyteos

Sthœcados.

Florum Borraginis

Buglossi

Fumarie

Lupulorum.

} an.unc. 1

} an.drach. 6.

} an.pg. 2.

Capillorum ueneris  
 Fumiterra, sive fuma- }  
     rix herbe.  
 Eupatorij ueri hodie ac } an.m. i.  
     grimonij dicti.  
 Chamedreos.  
 Schinanti.                  unc.f.

Omnia secundum artem tractentur, & in aqua fiat decoctio, quo usque maneat libre dux. Et colatur e manenti adde pomorum succum predictum, succhari albi, libras duas, & fiat syrpus. Cuius mensura ita habetur. Recip. predicti syrapi, id est, syrapi de Elleboro. unc. 2. Aquarū Borraginis, Melissæ, Arantiorū, an. unc. i. misce. At quia sēpe stillatitiae aquæ hæ stomacho aduersantur, ea de casu uice aquarum: Herbarum decoctum iniiciebanus, immo decoctis ipsis ad rem facientibus syrporum uice utebamur: & quando hæc quoque odio egrotanti ueniebant conseruas, & electuaria melancholicis opitulantia, conce debanus. Sed post aliquot dies ad pilulas de lapide lazuli condescendimus, quæ primas in hoc tenent morbo. Quibus, et citatis repetitis, ac embrochis capiti sēpe adhibitis, intra duos menses paullatim sanitatem fuit adeptus.

CVRATIO SEXAGESIMA SEPTIMA  
 in qua agitur de Mania (ob occlusum  
 ulcus) ueniente,

**V**ir, qui ulcus antiquum in brachio habebat, ad nos uenit presidiū querēs, ne sic foedatus semper incideret: Cui quum unguentum hoc illi inservarem, & ulceri applicuisset: intra paucos dies, ulcus sanum est factū.

M 4         Sed

Sed paucis interpositis diebus, is in maniam incidit. Quorum parentes, quum postea ad me redirent: et hunc insanum significanterent: iussi, ulcus de novo aperiretur, quo aperto, insania evanuit: et pristinæ sanitati Dei nutu, cum reddidimus. Erat autem unguentum, quo clausum fuit ulcus sequens.

Recip. Vnguenti de Lithargirio. unc. 1.

De Plumbo. unc. 2.

De Tutia. unc. 1. & s.

Terebinthine optimæ. unc. s.

Misce, & in mortario plumbico, omnia tractentur, & fiat unguentum.

### S C H O L I A.

Qui rerum medicarum contemplationi sunt dediti, in Hippocratem medicorum Deum appellare omnino, uel inuite constricti sunt. Ita enim eius dogmata, Axiomata, documenta, ac doctrina ueritati consona uidentur, ut ex tripo de quodam aureo ea deprompta esse non sit disiteri. Quæ uel ex ijs citandis uerbis è libro sexto de morbis popularibus quisque contumacissimus fateri debet. Scribit autem Hippocrates citato loco, si atra bilis animum infecrit, idest, temperaturam, sive cerebri complexio nem contaminauerit, tunc atrabiliarius melancholicus dictus fiet. Si uero prædicta atra bilis cerebri corpus occupauerit, & eius meatus ut cunque occluserit, tunc atrabiliarius comitiali morbo afficietur. Ita enim eius habentur uerba,

ba, Atrabiliarij etiam comitiali morbo corrip*er*  
plerunque solent: & uicissim comitiales fieri so  
lent atrabiliarij. Vterque uero morbus magis  
sit, prout ad alteram partem inclinauerit. Si qui  
dem enim ad corpus inclinarit, Comitales fiūt.  
Si uero ad animum Atrabiliarij melancholic  
dicit: Hæc ille: At æger noster, quia atra bilis  
eius cerebri temperaturā, quum animum Hip  
pocrates appellat, infecit, & in eum inclinauit,  
Melancholicus factus est.

CVRATIO SEXAGESIMA OCTAVA,  
in qua agitur de Ephemeræ febre cum maxima  
urinæ exceptione euéniente.

R Euerendus frater Hieronymus de Monte Polytia=  
no, ex ordine Prædicatorio Theologus insignis, na  
tus annos duos supra septuaginta, & optimæ tempera=  
ræ uir, elapso anno, quum Ephemera febri corriperetur  
per totum diem, & noctem, multum urinæ excreuit. At  
febri nullis adhibitis, remedij, elapsa, humor biliosus ad  
crus sinistrum corruit. Ex quo Erysipelas phlegmonosum  
ortum fuit. Quod per tres menses, forte medicorum ne=  
gligētia, dolores, & grauia inferendo Symptomata per  
durauit. Nunc uero simili cphemera correptus est: non  
niſi cum copiosissimæ urinæ solita excretione: ut criticā  
quandam euacuationem à Natura factam hanc quis di=  
cere potest, à qua prædictum crus dolere coepit: & solito  
erysipelate tentari. Quem quum sic affici uideremus, ille  
co nulla interposita mora, medicamentum bilis purgato=  
rium illi concessimus, quo multa expurgauit: & ita con=

M 5 tulit,

tulit, ut ex toto Erysipelas breui cuanidum fuit: ex ille  
sanitati restitutus. Sequenti uero die purgationis, urinā  
adeo nigrā eminxit, ut atramentum eam quis putaret.

## S C H O L I A.

Topica medicamenta Erysipelati admota,  
non nisi corpore uniuerso à bile optimie expur-  
gato, suam conferre operationem, uel ex Gale-  
ni historia, manifestum euadit. In qua de illustri  
Romana muliere herpeie affecta, loquitur: quā  
postquam à bilioso humore, uel iuuite purga-  
uit, ad sanitatem eam reduxit Galenus. Nam  
aliter in longius-tempus morbus paratus erat  
protrahit: ut apud eū libro quartodecimo Me-  
thodi medendi, capite decimo septimo legitur.  
Ob inscitiam igitur medicorum, qui elapsō an-  
no Reuerendi huius patris curam habuerunt: &  
pharmacum tandem post posuerūt, illi morbus  
ita prorogatus fuit: & cura ad tres menses pro-  
tracta. Nunc uero, quia illico bilis, morbi somē-  
tum, per pharmacum deposita fuit, omnis sta-  
tim cū ea amotus est langor, & ille sanus factus.

C V R A T I O S E X A G E S I M A N O N A,  
in qua agitur de puerō deuorante numisma  
quoddam æncum.

**D**euorauit æncum quoddam numisma, ex eius gene-  
re, quo scnes pro compotis suis obcundis utuntur,  
puer octo natus annos, & filius illius, qui ex oncraria, et  
poten-

potenti naui in mare cecidit: quum ex Syria Venetias nauigaret. Qui puer nulla percepta noxa, gracilis redditus, post elapsum annum, numisma predictum cum excrementis egescit: exiguum tamen; & ita à calido naturale consumptum, ut omnibus admirationi esset.

## S C H O L I A.

Puerorum calorem copiosum & ualidū esse, ut hæc, & similia efficere possit, norunt Medici. Vidi mus autem nos quendam apud Ferrarienses Heluonem, quam hominem potius dicendū, qui coria, testas, & fracta uitrea uasa, comedebat, concoquebat, & digerebat: ut eum omnes struthiochamelū appellauerint auem, cui cōco quendi sine delectu deuorata mira natura inest: ut experientia facta comprobatum apud An thuerpienses habuimus.

CVRATIO SEPTVAGESIMA, IN  
qua agitur de Muliere, quæ uocem amisit ob  
alterum neruorum recurrentium in  
collo male affectum.

**M**ulier Illyrica, quæ ad caput montis habitat: quic  
strumam à Gallica scabie originem ducentem, in collo haberet: monachum quendam medici officio fungentem pro sui ualitudine accessuit. Qui in discrete, quum pro ea propulsanda multis usus esset medicamentis, ita sublimatum, ut eius resecaret radices, loco inde dedit. A quo alter neruorum ex pectorc recurrentium, qui

qui uocem effingunt, inibi corrosus est. Vnde ipsa paulatim rauca facta, uocem ferè in totum amisit.

## S C H O L I A.

Ob neruos hos recurrentes in collo lœsos, uocis amissionem fieri tradit Galenus uarijs in locis suæ doctrinæ, præcipue libro de locis affectionis primo, capite sexto: ubi à se neruos hos inventos esse, uic suis magistris antea notos, solita iactantia gloriantur: ueluti quod ob chæradas, idest strumas (Scrofulas hodie dicunt) in ceruicis profundo incubentes, à chirurgo unguibus euulsas, neruos ipsos quoq; vocales, seu recurrentes dictos, distraxit, unde puerū curauit: Sed mutum reliquit. Sicuti de altero subdit: cui alter tantum neruorum lœsus fuit: & semimutus evasit: ut huic mulieri Illyricæ, de qua Curatio nostra agitur, interuenit. Libro quoque quarto prædicti uoluminis, hos neruos sextæ coniugationis partem esse docuit: quos si laqueo intercipias animal mutum reddi libro de dissectione neruorum meminit: & multo latius, auro illo libello, cui titulus est, de præcognitione, capite quinto, in quo capillorum modo tenues eos facit, quum Romæ, publice corporum dissectionem aggredetur.

C V R A T I O S E P T V A G E S I M A P R I M A,  
in qua agitur de Enterocele, idest, intestinalis  
remicis Curatione.

Pueri

Peri Ramice intestinali, ruptura dicta, laborates  
 oes ad quos diuertimus sectione inguini facta, & p  
 can testiculo Didymo dicto, & forcipibus in Epididymo  
 præcisso, ac eadēibus ferramētis optimè exusto meatu, et  
 porcina pinguedine obtrectato, lineo filo tamen primo  
 infima in parte ligato, sanitati restituti sunt. Nec enim  
 alicui eōulsio, aut symptom a aliquod superuenit. Quod  
 Sylvius Parisiensis uir doctissimus, in suo Guatinaria,  
 maxime hac timet castratione. Sed id forte, quia suis sic  
 affectis, in scroti infima parte, nullam admittebat sectio-  
 nem, quæ præcipua à nobis in hac habetur curatione: Chi-  
 rurgum tamen peritum, & apprime dextrum, eligat me  
 dicus pro hac complenda operatione, decet.

## S C H O L I A.

Exauctum huius curandi modum describere  
 minime grauarer, ni putaram id superfluū esse:  
 quum nullus quantuncunque doctus eum, ut  
 in opus mittat, ex libris assequi poterit. Quod  
 si quis ex lectione tantum opus hoc aggredico  
 habitur: is certe non minus, quam ex commen-  
 tariolo nauta dicendus est. Oportet igitur, ut  
 medicus iuxta Galeni præcepta, post methodū  
 uniuersam curatoriam, in particularibus se exer-  
 ceat. Dicitur igitur morbus is de quo agimus,  
 Græcis κάλα, Latinioribus uero ramex: & Her-  
 nia: practicas autem barbaras scribentibus, Ru-  
 ptura. Qui uarias, secundum eius uarias, unde  
 oritur causas, sortitur appellations. Si enim pe-  
 riconço rupto, aut distenso intestina in scrotū  
 descen-

descendunt, & deuoluuntur, morbus de quo curatio nostra agit: conflatur: Græcis. Εὐπεροκήλη: Latinis uero Ramex intestinalis dictus: qui saepe aut iectu, aut saltu, aut clamore, aut ululatu, aut ingentis molis sublatione, contingit: & in Aegypto terra nimirum calida frequenter euenit. Si uero intestina non in scrotum descendant, Sed inguinibus hæreant: tunc Inguinalis ramex. Βρεβωνικήλη Græcis, oritur. At, si lenitus humor aliquis in scroti partem colligitur, ramex aquosus Græcis υδροκήλη gignitur: qui saepe cum uentositate, & flatuositate comperitur: ut in filiolo Ioannis scacchi nobilis Anconitanus uidimus quem medicamentis, & Topicis remedium discutientibus, curauimus. Quum autem caro dura intra testium tunicas increscit, carnosus ramex uocatur, Græcis στερκοκήλη, quem in olitore percepimus, eo tempore quo iam gangrena efficiebatur: ex quo plus minus duabus carnis libris præcisis, sanitati fuit restitutus. Cæterum ihs Ramicis generibus, alia addenda sunt: quæ nomina à rebus opplentibus semper accipiunt: Verbi gratia, Si omentum in scrotū descenderet, omenti ramex nuncupatur: Græce uero ἐπισθλοκήλη, ubi uero uenæ ultra modum replete glomerantur, ac dilatantur, Κυρσοκήλη, hoc est, uaricosus ramex, nominatur. De quibus quum dabitur occasio sermonem faciemus.

**CVRATIO SEPTVAGESIMA SECVNDA,** in qua agitur quomodo medicamentum purget: **Et de Actuatione medicamentorum.**

Cum

**C**VM æger tertiana notha laborans pharmacum  
cebiberet, clapsis duabus horis, id in totū cuonuit:  
sed nihilominus optimè postea egesit: Proposi-  
tū nanque fuit, an hæc per inferiora euacatio, à prä-  
dicto pharmaco facta fuerit, uel potius ob motum corpo-  
ris habitum ante ebitum medicamentum: uel humorū  
concitationem. Pro quo diluendo dubio, pauca ex multis  
quæ ad medicamentorum actuationem faciunt, in media  
um afferemus: & eo magis, quum ea sint, in quibus Gale-  
nus à multis fugillatur, carpitur, lancinatur: & pro men-  
dace habetur. Primo igitur, ut altius rem repetamus, sc̄i  
re licet, apud Galenum, et medicos hæc reperiri nomina.  
Venenum, uenenosum medicamentum, nutriens cibus: nu-  
triens medicina: Medicina, Medicina nutriens, de qua  
bus figuram sic habeto.

**Venenu est,** Quod quum corpus intrat, permanetq; ip-  
sum uincit, atque corrumpt, à tota operans  
substantia: ut uiperinum uenenū, Hæmoro-  
rhoi, Basilisci uel, aut Dipsadis.

**Venenosum** Quod corpus qualitatibus suis afficit: ut  
medicamētū. est cicuta, Mandragora: opium.

**Nutriens** Qui minimum in corpus operatur: sed omo-  
nino patitur: & facile transmutatur: ac in  
nutriti substantiam uertitur: & ideo impro-  
prie operans à materia nuncupatur: ut ouo-  
rum uitelli, Gallinaceorum, Iecinora, &  
carnes alitum optimarum.

**Nutriens** Quæ et si in corpus qualitatibus agit, optie-  
mē tamen adsimilatur, ut Caricæ, & frua-  
ctus.

**Medicina.** Quæ in corpus agit, non tamen adsimila-  
tur,

tur, sed corpori mali parum affert, ut scammonium, cartamus, agaricus, & ex ijs cœposita.

**Medicina nutriens.** Que tametsi in corpus agat, post longas tamen mutationes corpori adsimilatur: ut lactuca, cucurbita, allium, porrum, cepa, & cetera.

Porro medicinarum, sive medicamentorum quedam eneragia, idest actu talia dicuntur: alia uero potestate. Actu talia medicamenta illa sunt, ueluti ignis actu calidus est: & gelu frigidum. Potestate uero, que imperfecta, & futura adhuc dicuntur, sunt: Veluti pyretrum, scandonium, & similia: que ut operentur, & in corpus agant humatum, à calido innato in minimas parteis minui necessa est: tam si intra, quam extra corpus admoueantur. Vocatur autem medicamentorum hæc comminutio à medicis, medicamentorum actuatio. Que aliud nihil est quam in tenues parteis medicamentum à calore nostri corporis comminui: Que tamen rariora medicamenta sunt, citoius quam spissiora actuantur: ut Gal. meminit libro primo Simplicium, capite undecimo, & decimotertio. Sed ad uertendum duximus: quod medicamenta calida uario modo habentur, ut in corpus agant nostrum, ab eo, quem frigida sortiuntur. Nam calida, ut opus suum conficiant, præter, à calido innato in tenues parteis, diuisione accepit, calido ipso innato muniuntur: frigida uero, præter diuisione, nihil ultra ab ipso innato calido expostulant: ut Galeno in uniuersa eius doctrina placet. Super cuius placita Gentilis de fulgineo in suis extraagatibus dictis questionibus, multa commentatur: et in Galenum inuechitur, & cum lancinat, dicens: Philosophiam hæc nullatenus

nullatenus ferre. Cuius uerba placuit hic citare: ut postea Galenum non errantem indicemus. Ipsi enim in hoc oppugnare aliud nihil est, quam uniuersam subuertere medicinā. In primis igitur Gentilis de Fulginco, Galeni sententiam & opinionem ita citat. Mens ergo & intentio Galeni in hoc consistit, Medicina calida reducitur ad actum à calore nostri corporis: Sic quod ipsa recipit caliditatem ab eo, per quam agit calfaciendo nos: Sed medicinæ frigide non recipiunt frigiditatem à calore nostri corporis: immo hoc principium intrinsecum, scilicet frigiditas, per quod infrigidant, ex se habent: ita ut iste medicinæ frigidæ solum diuisione in minimas partes recipient: que diuisio est uelut impedimentum tollens, quod erat in ipsa medicina, ad hoc quod operetur. Hactenus Gentilis Galeni opinionem citans: aduersum quam multis inuadit argumentis, sed duobus præcipuis: & primo ut ipse ait, & credit, insolubiliter concludit: In entibus naturalibus non est minoris essentie forma calida, siue principium calfaciendi, quam forma frigoris, siue principium infrigidandi: Sed compriuntur res que habent principium infrigidandi intrinsecum, siue formam frigoris, per quod principium possunt nos infrigidare, & non adquirunt illam formam frigoris à nobis. Igitur medicinæ calide non indigent calore nostri corporis: & per consequens Galeni opinio minime stare potest. Secundo, Nullus dubitauit an caliditas sit forma positiva potens in operando: multi autem in dubium traxerunt de frigiditate: Immo nonnulli dicunt, in nullo mixto reperiri frigiditatem. Quam ea que à nobis frigiditas, aut frigus appellatur, remisa sit caliditas: ut opinatus est Galterus Burleus. Igitur Galeni opinio falsa est. Eis.

N duobus

duobus argumentis Fultus Gentilis Galenum hallucinac-  
tum alta mente clamat, & gloriatur: Sed eius gloria quū  
rem attigerimus, in opprobrium uertetur. Ne tamen Ful-  
ginate quæ bucc.e occurrunt, nos tantum deblaterare  
afferant: audiant, subsignatis primo Galeni uerbis: un-  
de tota dubitatio orta est: que ita libro tertio de Tempe-  
ramentis habentur. Medicamenta frigida, ueluti  
papaueris succus, à nostro corpore intus sum-  
pta, nihil demuiantur. Hæc enim pœnula sunt  
uerba, ob quæ Gentilis in dubium rem traxit: pro qui-  
bus intelligendis, & Gentili satisfaciendo, sic habeto:  
Medicamenta frigida ueluti, & calida dicta, ut actu ta-  
lia sint, id à calore nostro recipiunt: ea uidelicet in te-  
nuia, & parua diuidendo: ut tertio libro de Temperamen-  
tis, & primo Simpl. capite undecimo, duodecimo: & se-  
cundo Simpl. capite uigesimo secundo, & uigesimo quar-  
to, & tertio eiusdem voluminis libro, capite primo, & de-  
cimo septimo, & decimonono, Galeno ita scribenti pla-  
cat. Igiturq; medicamenta minime nos excalfacere ua-  
lent: priusquam actu talia fiant. At quod actu talia sint,  
id à nobis accipiunt: ueluti siccii calami ab igne. Et ut de  
frigidis simul medicamentis loqui lectores intelligent,  
subdit. Ita uero & ligna ex sua quidem natura frigida  
sunt uniuersa, sed quæ sicciora sunt, & gracilia, ea fa-  
cile mutantur in ignem. Quæ humidiora sunt, &  
erassa spatio egent maiori. Nihil igitur miri est, si me-  
dicamenta quoque primum quidem in parua, & tenuia  
frangi postulant. Hæc uero adeo clara apud Galenum  
sunt, ut mostratore altero non egeant. Medicamenta igi-  
tur, ut in corpus agant nostrum, in tenuis partibus redi-  
gantur necesse est: atque ut operentur, calidi innati ope-

ra indigent: ea scilicet tam calida, quam potestate frigida dicta medicamenta, in tenuis frangendo partes. Nihil tamen medicamenta frigida à corpore nostro demutantur: intellige, nullam, præter diuisionem, temperaturam, aut complexionem dictam assumendo. Præter enim diuisionem, quam medicamenta potestate frigida à calore nostri corporis recipiunt, nihil quicquam, ut recte opus suum confiant, adquirunt. Secus autem calida medicamenta, que præter diuisionem receptam, in suis calidis qualitatibus intensiōnem quandam à calido innato datam, quam complexionem, aut adiumentum appellant, recipiunt. Sed si roges, cur medicamenta hæc calida adiumentum magis quam frigida recipient? in quo opus et labor est: et dubium consistit omne. Respō deo, Medicamenta calida qualitatibus suis calori nostri corporis non aduersari, sed potius eorum caliditas necessario intenditur: atque inde ultra diuisionem, calidum medicamentum pro sui opera aliquid acquirit: Frigida uero medicamenta contraria habent: quum qualitatibus suis maxime calori nostri corporis repugnant: atque inde nō nisi diuisionē à calore adquirunt. Nec enim à caliditate corpora adiuvari quicquam possunt: sed magis impediti, ut suis fungantur operationibus: quum frigori calor oppositus est. Nec hæc in præsenti altius repetere opus est: quum hodie solidiori doctrina homines contenti euadant. Et ad modum, quo prædicta medicamenta purgatoria humores euacuent, accedamus: præsertim ex Hippocrate libro de Natura hominis: quo nemo uerius hæc scripta dimisit. Sed quum Galenus eiusdem fidissimus enarrator Lucidius, et Clarius ea ob oculos nobis posuit, ideo placuit eius uerbis subscribere, quæ libro de Fa-

cult. simpl. medic. ita habent. Differuit autem (inquit) et Hippocrates in opusculo, quod de Natura humana inscribitur, de ordine, qui in istis euacuandis seruari solet, ac nunc quoque ne quid huic sermoni desit, dicendum est: etenim si quod pituitam ducat medicamentum exhibeas, prima quidem in superpurgationibus flava, mox atra, tertio loco sanguis ejicitur. At si quod flauam bilem detrahat pituita consequentur, tertia atra: quartus denum reddetur sanguis. Quin et si atram bilem purgare sit natum, eam quidem primam euacuabit: post quam, flauam: deinde pituitam: omniumq; postremus sequetur sanguis: tanquam ex inanitis iam uasculis effluens: ut quæ summa iam debilitas occupet. Et cetera. Hinc autem claret, medicamentum bilem natura depouens, prius bilem euacuare, mox serofan humiditatem, postea uero in superpurgatione pituitam euacuari: tertio uero loco atram bilem, quarto uero sanguinem. Si uero medicamentum pituitam natum est euacuare, ipsam prius deponit: Secundo, bilem: tertio, atram: quarto, sanguinem. Ex ijs igitur uerbis satis claret, quam perperam Auerrois dixerit libro sui Collectorij septimo, capite nono, Asclepiadem forte imitatus, Quod bilis, quia cæteris humoribus subtilior est, in omni euacuatione primo deponitur. Que opinio, quam satis à Galeno libro de Purgantium medicaminū facultate sigillatur, superuacancum esse arbitramur plura pro Auerroi confutando in medium afferre. Scimus satis reprehensioni iri, quod falsum esse à multis scitur. Cæterum horum medicamentorum attractiones perficiuntur, ut Galeno placet, qualitatum, quæ in substantijs sunt uirtute, idest specifica proprietate. Que medicamentorum attrahentium uirtus fortior est, quam humoris attracti.

attracti. Conatur autem Galenus specificam hanc uirtutem, ut optimus Philosophus, ad similitudinem quandam, inter rem attrahentem, & rem attractam, compertam reducere, de qua re legito Fracastorium Veronensem uitrum in hercle doctissimum, libro de Contagione: amicitia, & contrarietate: ubi attractiones has similitudine fieri, exacte probat: Sed ut medicus, sepe Galenus similitudinem hanc, coelestem, aut occultam quandam proprietatem appellat: ut de lapide sanguinem sstante, libro de Facult. simpl. med. memoriae commendauit: quem Secutus est Mesue exordio sui operis. & uarij alij medici post eum scribentes. At medicamenta humores ad se attrahant, uel ad ipsos potius humores, propter similitudinem uadant, uarij uaria quoque afferunt. Nam Hippoc. citato libro medicamenta humores ad se attrahere tradit: ipse uero crederem medicamenti subtiliores partes ad humores sibi similes uirtute totius gubernatrice interuenienter, ire. Vnde tametsi post diluatum medicamentum, & cius iam in uniuersum corpus subtiliores relegatas partes, euomatatur, exacta tamen & perfectissima succedit purgatio: ut in easu nostro interuenit: & quotidie contingit. Quum autem ob similitudinem inter medicamentum purgatorium, & humorum euacian dum reperta, medicamenti ipsius partes subtiliores ad humorum cantu potius ad se attrahant, quia medicamenti potentia fortior est, quam humoris attracti, fit inde, ut irritata natura, expultrix uirtus per apertos meatus cum expellat humorum, quamquam sepe suo frustatur sine medicamentum, hoc est, non purgare: propter humorum euacuandorum inhabilitatem, quia materia inobediens facultati expultrici existit. Et non deponitur: aut propter

obstrusos meatus à crassis, & uiscidis humorib. aut indu  
 ratis focibus: aut propter uentositatē subleuantē medicā  
 mentum ad superiores partes. Cuius causa, medicamenti  
 prohibetur actuatio. Aut quia corpus adeo debile exi-  
 stit, ut medicamentum, nec concoquere, nec expellere ua-  
 leat: aut quia tam forte, & auarum in medicamenti re-  
 tentione, ut id potius in succum uerat, & nutriti substā-  
 tiam: ut latius Mesue Tertiæ intentionis, capite primo,  
 Canonum suorum sapientissime scriptum dimisit. Sed  
 quum medicamenta hæc à uentriculi concoctrice faculta-  
 te uincuntur, talem gignunt humorem, qualem trahere,  
 & euacuare nota erant, ut scammonium in bilem: Tur-  
 bit, & Agaricus, aut Cartanus in pituitam: semen san-  
 etonicum in lumbricos. Meminit autem Gale. libro de  
 Theriaca ad Pisonem, Phalangium, trifolijs herbae spe-  
 ciem, morsibus phalangijs animalis opitulari. Si tamen  
 contingat herban superimponi loco ab animalculo non  
 infecto, herban eosdem inducere affectus, & Symptoma-  
 ta (inquit) que animal suo morsu producere est natum:  
 ut mirum non uideatur, si medicamenta quumi per simi-  
 litudinem operentur, in eosdem quos respiciunt (ut dixi)  
 humores, uertantur. Multoties tamen humores à medi-  
 camentis similitudinem secum non habentibus euacuan-  
 tur, propter tres, & præcipuas à Galeno citatas cau-  
 sas, libro tertio de Facult. simpl. med. capite uigesimo sec-  
 ptimo, propter uascularum imbecillitatem: propter oscu-  
 lorum laxitatem: & propter ipsorum purgantium me-  
 dicamentorum medicationem: non uero ob infinitas ab  
 Auerroi quito sui Collectorij libro specificas signatas uir-  
 tutes, uel ut hugo hallucinatur, ob quaudam communem  
 cuilibet medicamento insitam uirtutem, cum qua præ-  
 ter

ter propriam, quæ sibi dicatum humorē euacuat, reliquo purgare ait.

CVRATIO SEPTVAGESIMATER  
tia, in qua agitur de Crustoso ulcere aures,  
& faciem insidente.

Vuenis illa, quæ ex Manfredonia Anconam uenit, nat  
ta annos sexdecim pulchra facie, post clapsum à con  
iugio annum eius aures, & faciei pars, ulcere crustoso  
quodam infecta fuerunt: quod per tempus latitabat, Sed  
postea repullulabat. Pruriebat ulcus hoc, & aures cor  
rodebat. Cuius causam inquirens, comperio ab eo tem  
pore quo morbus invasit, hanc uigente æstate, ad Solis ra  
dios, caput, ut capillos auricos, & crisplos redderet, aper  
tū, & nudū habere. Quo factum est, ut humor biliosus  
acris factus, extra ad aures, & faciei partes attractus,  
fœdum prædictum ulcus causaret. Quibus addebat, ca  
put ad eundem effectum fortissimo lixinio bis singulis  
hebdomadis lantare: pro cuius curatiua Methodo, parte  
artis preservatiua dicta præsupposita, quæ futurum in  
commodum idoneis præsidis præcauendo prospicit, ad  
alteram curatiuam, que quod iam factum est, delect, &  
eliminat accedimus. Quanquam in hoc casu hæ duæ artis  
partes immicē connectuntur. Sublatā siquidē causa, ex qua  
morbus hic fit, & factus est, illico quilibet cessabit effe  
ctus: & partes infectæ ad naturæ suæ statū reuertentur.  
Erit itaq; præcipua curationis indicatio, bilios, acris, &  
ferè adusti humoris euacuatio, qui crustosum ulcus hoc  
gignebat. Secundo capit is malam intemperiem calidam,  
& sicciam refrenare: ob quam per interuallū, austis ex  
ercent

crementis, uleus repullulabat: Ab in solatu igitur, & rebus eam fuentibus abstinebat. Postremo ipsius capit is roboratio procurata fuit: & ipsa sanitati restituta. At, qui a capitis affectiones recte non curantur, nisi uniuersum prius corpus inaniatur, à uacuatione uniuersali uniuersum corpus inaniente, initium fecimus: & primo quidem purgatorio hoc medicamento.

Recip. Floris cassiae recens extracti.unc. 1.

Confectionis de seni. drach. 2.

Cum saccharo fiat bolus, quem capiat ante prædium spacio duarum horarum, quo optimè egescit. Sequentibus uero diebus syrum hunc ebbit.

Recip. Aquæ decoctionis hordei excorticati.unc. 4.

Iulep uiolacci. unc. 1. & s.

Misce, post octo uero eibitos, sic descriptum fuit.

Recip. pilularum cochiarni. drach.s.

Aurearum. scrup. 2.

De fumoterræ scrup.s.

Diagridij, gr: 3. cum electuario de succo rosarum messe, formentur pilulae quinque, quas quum uadit dormitum, capiat. Eis autem optimè aliis respondit, sed intercedunt hæc machinabantur, unguentum parti exteriori affecte admouebatur, quod habet.

Recip. Vnguenti de Lithargiro. unc. 1.

Populeonis

De Plumbo } an.unc.s.

Misce, & in mortario plumbico cū pistillo plumbico fiat unguentum. Deposita autem materia pro mala intemperie calida domanda, ex cubiti exteriori uena (cephalicas medici dicunt) sanguinis uncias sex extrahere fecimus: Sed interpellatis diebus quatuor, ut uires resicerentur,

syru

syrum uiolaceum cū prædicta hordeacea per aliquod dies, iterum ius: & scapulis cucurbitulas cum scarifica<sup>tione</sup> admouimus: & retro aures hyrudines. Post quæ omnia, ad catapotia ex nitro secundum Alexandrinum parata deuenimus: que in eis affectionibus primatum habent: tandem lauacro capiti admoto ex rostis siccis, chas mæmelo, myrto, & similibus refrigerantibus, & roborantibus, confecto præassumpto condito describendo, & ebitis destillatit ijs aquis sanitati fuit restituta: nec amplius in dictam affectionem lapsa est. At quum menses suo constituto tempore optimè respondebat, de illis nulla in hac Curatione mentio facta est.

Conditum, conserua dicta.

Recip. Succhari borraginati  
 Rosati   } an.unc. 1.  
 Buglossati  
 Violacei.

Pulueris santalorum ruborum, & alborumi, an. drac. 1.  
 & s. cum syrupo rosacco simplici, misce, fiat mixtura,  
 & folio auri inauretur.

Aqua desuper ebibende.

Recip. Aquarum uiolarum  
 Borraginis   } an. lib. s.  
 Cicoreæ.

Misce.

Eis autem clausa fuit curatio, habita uictus ratione conuenienti, & ceteris huic rei annexis.

### S C H O L I A.

Huic similes affectiones, meminit Galenus  
 curasse,



curasse, libro primo de Composi.med.secundū locos: quem legere ne pigeat.

**CVRATIO SEPTVAGESIMA Q VAR**  
*ta, in qua agitur de pruritu, & scabie uniuer-*  
*sum corpus foedantibus.*

**M**arinangelus de Estafulo publicus notarius<sup>1</sup>, anum agens quadragesimum octauum, temperatu-  
 rae calide, & siccæ, pruriginosa scabie, & siccæ, per ame-  
 bitum totius corporis laborabat: & ea quidem perdiffi-  
 cili: ita ut ipsum in elephantian peruenire timor esset.  
 Is quum plures pro sua recuperanda ualitudine, medicos  
 consulceret: & nullum affqueretur iumentum ad me  
 uenit: quem hac foeda lue ita uexari depræhendi: ut nul-  
 lam diu, noctuq; requiem haberet. Gignitur autem affe-  
 ctio h.ec ex præassato, & adusto humore ex iccore, tane-  
 quam indeficiente fonte scaturiente. Qui ab expultri-  
 ce uirtute à centro, & uasis ad circumferentiam, expul-  
 sus, totum corpus pruritu, & scabie siccæ, eradicatu dif-  
 ficili, defœdare solet. Contra quam, quum à multis  
 multa tentata essent, nos infrascriptis intra annum sa-  
 nitati cum restituimus: & uitæ primo optimo regimine  
 constituto, quia sanguis illi sepe ex cubiti uenis extra-  
 etus erat, phlebotomiam prætermisimus: Cuius uice hiru-  
 dines ani uenis admouere fecimus: immo eas singulis men-  
 sis semel predicto loco admoueret, consuluimus: quum  
 is, ante aquam in hanc liberetur affectionem, apertas he-  
 morrhoides, ex quibus sanguis interdum fluebat, patieba-  
 tur. Id quod parum Veneti medici animaduerterunt, ho-  
 mines aliqui oculatissimi, & doctrina, & experientia  
 longè

longe celeberrimi, quorum Victor Trincaelius, Barto-  
lomeus Labiosus, & Orsatus, nominandi ueniunt: qui  
pro huius uiri salute consulti sunt. Hac igitur proposita  
euacuatione, quæ uel sola pro hac curanda affectione suf-  
ficiens est, sic orsi sumus.

Recip. Electuarij lenitium drach. 10.

Confectionis hanc ec. drach. 2.

Cum saccharo fiat bolus, quem per duas horas ante pran-  
dium capiat, quo multa leuiter egesit, & uirtute poten-  
tiori supra residuum facta, syrupsos hos descripsimus.

Recip. Syrupi de Fumoterræ

Lupulorum } an.unc.s.

Cicoreæ s.

Aquarum Fumoterræ

Lupulorum

Cicoreæ

Borraginis.

} an.unc. 1.

Misce. Et per octo dies sequentes iterentur, quibus per-  
actis & noxio iam expulsioni parato humore, pharmaco-  
cum hoc illi propinauius.

Recip. Syrupi rosati solutiui. unc. 3.

Electuarij indi }

Hanc.

} au. drach. 1.

Diapheniconis. drach. 3.

Decoctionis senes uncias tres. Misce, fiat potus unus, quo  
plurima deposita sunt excrementa, biliosa, uaria, sub-  
nigra, inter quæ pituitosa uidebantur. Interpositis ue-  
ro tribus diebus, ut ægri uires in eis reficerentur, syru-  
pum hunc: postea illi concessimus.

Recip. Syrupi de Fumoterræ unc. 1.

Cicoreæ. unc. s.

Deco-

Decoctionis senæ. unc.4.

## Misce.

Fiat syrups: quem per octo continuet dies. In fine quorum pharmacum sequens dedimus.

Recip. Rhabarbari boni. drach. 1. & s.

Agarici albi. scrup. 2.

Cinnamomi optimi. drach.s.

Pistentur, & infundantur in uncijis sex decocti dia senæ per totam noctem, & facta expressione, & colatura, adde de predicto decocto, syrupi rosati solutiuncias duas, electuarij lenitiui drachmas sex: cōfectionis hanc eis drachmas tres: miscet fiat potus: quem hora antelucana ebitat, & desuper dormiat. Eis enim celebratis evacuationibus, & interiectis nonnullis diebus pro uiribus reficiendis, curbitulas per uniuersum corpus cum scarificatione, ut intercutaneus sanguis expelleretur, adfigi mandauiimus: & singulis noctibus sequenti linimento illincetur, quod est.

Recip. Therebinthine lotæ cum aqua

Fumiterreæ. unc.4.

Succi Arantij. num. 1.

Salis communis in polinem

redacti. drach. 3.

Olei rosati. unc. 2. & s.

Cerisæ lotæ. drach. 7.

## Misce.

Fiat unguentum, & tandem eo corpus linatur, quo ad foeda hac luc corporis singulæ partes mundæ evadant: & singulis auroris sequenti lauacro lauetur, quod habet.

Recip.

Recip. Herbarum Fumiterre.

Borraginis

Malue

Lapatij

Rosarum

Chamomilæ

Foliorum senæ.

} an.par.equales.

In aqua fontis fiat decoctio, & ut decet utatur. At interea dum hæc parabantur, conditum hoc ieiuno stomacho, comedebat.

Recip. Sacchari borraginati

Buglossati

Rosati.

} an.unc. 1. & s.

Pulueris Folliculorum senæ, drachmas tres, Corallorum præparatorum margaritarum, an. drach. 1. cum syrupo de Cicorea quantum sufficit, misce, fiat eclegma, sive mixtura: de qua singulis auroris semiunciam capiat: & aquarum cicoreæ, Borraginis, equas partes superbibat. Hæc uero mense Martij, Aprilis, & Maij peracta sunt. Mense uero Iunij ad lactis aquam propinuandam deuenimus: qui, quum stomachum calidorem habebat, eius magnum, & copiosum potum, ad eum modum quem Græci dare solebant, optimè ferabat. Bibebat itaque singulis diebus, quinque: non unquam uero huius aquæ lactis libras sex: eo modo, quo thermarum aquæ ebibi solent: pauculo saccharo ei non nisi adiecto, ut alibi in hac Centuria latius diximus, ubi scri propinandi modum ad Græcorum mentem differuimus. Cæterum, quum affectio hæc diurna, & longa, ac difficilis eradicatu est, longam curationem expostulat: & remediorum iteratione indiget. Proinde Autumno sequenti predicta omnia reperita

tita fuerunt. Aestiuis tamen diebus, post scri potum, ne homo absque præsidio aliquo maneret, ex pullis Gallina eis, ius alteratum ieiuno stomacho biberet, cōsulimus: eis præsertim herbis, borragine, acetosa, melissa, hordeo, simul coctis. Cuius unciae focto ad decem usque, pro uice potus erat. Eis autem intra annū, sanitati restitus fuit: & ab hac foeda lue liber: optima, & diligentie uictus ratione seruata semper: & ceteris ad rem facientibus.

**CVRATIO SEPTVAGESINA QVIN-**  
**ta, in qua agitur, de duplice tertiana solo.**  
**minoratio eradicata.**

**I**Uenis robustus pharmacopola, & frater Ioannis Andreæ Mediolanensis, qui cum duplice corriperetur tertiana, & dissidium esset inter medicos: An primo sanguis mittendus esset? uel potius per minorans pharmacum dictum, euacuatio facienda esset? Tandem superuenientibus nobis, minorans hoc pharmacum propinac uimus. Quod ita ualuit, & contulit: ut non altero opus fuerit præsidio: habet autem minorans pharmacum sic.

Recip. Pulpe cassiae nouiter extractæ. unc. 1.

Diacatholiconis. unc. 5.

Misce, & cum saccharo fiat bolus: quem per duas horas ante prandium stomacho capiat.

**S C H O L I A.**

**Aduertendum duximus, quod quando hæc minorantia pharmaca largiuncut: & in ea breui temporis intercedidine, ante acceptum ui-**  
**etum**

& cum, aliu subducere incipiāt: quod tunc æger, prorogare uituni in longius tempus debet. Quum eo accepto, medicamenti opus impeditur. Si tamen intra limitatum, & à medio cōstitutum tempus, medicamētum nondum opus cœpit, nec æger egessit, tunc uitum, prout à medico imperatum erit æger accipere debet. Seruari autem regula hæc debet, in ijs præcipue (quod aiunt) minoratibus pharmaciis. Quæ, qui uituperant medici, & ipsis non utuntur, à consortio doctorum hominum eliminādi sunt, ut ex Auerroi, & Manardo Ferrariensi, Centuria prima harum curationū abunde diximus.

CVRATIO SEPTVAGESIMA SEXTA,  
in qua agitur de puella dupli tertiana per sub-  
intrantium continua dicta, laborante. Cui  
caros, morbus ueterinus dictus, super-  
uenit: quem Arabes subet  
appellant.

**F**ilia Doctoris Asola, nata annos quatuordecim, dupli tertiana nunquam deficiente, ac propterea continua per subintrantiā à practicis dicta, laborabat. Cui quin menses exacte non responderent, pedis uena sphena dicta secta fuit: Et sanguis pro virium robore extractus. Sed alijs subinde præsidij adhibitis, puella in ciborum fastidium, & corporis inhabilitatem incidit. Que quum sic per aliquot dies, absque ullo præstidio reliqua esset: in carum, sive ueternum, aut subeticam passione dicta lapsa est: quam febricula lenta comitabatur

tur. Pro quo morbo propulsando cucurbitulae scapulis cum scarificatione applicite sunt. Cum quibus, interim dum spargebatur, à profundo somno illo ægrotas libera erat. Sed pauculo interposito tempore, ad eundem reuertebatur. Proinde ex cubiti exteriori uena cephalica dicta, sanguinem ad uncias quinque demere fecimus. Qui quum ob crassiciem, uulnere per amplio facto non exiret, ex altero brachio ipsum demere mandauimus. A' quas a sanguinis missione meliuscule habere coepit: & multo melius post embrochas super caput adhibitæ, quæ habent.

Recip. Chamomile

Meliloti ueri

Sthœcados

Saluicæ

Maioranæ

Bethouicæ

Hyssopi.

} an.m. i.

In libris quindecim aquæ fiat decoctio sufficiens, & facta colatura, adde olei Chamomilini, Anethini, an.librā medianam, misce, fiat Embrocha, capillis tamē primo depositis. Sed, & naribus pulueres ij admouebantur.

Recip. Piperis nigri drachmā medianam, pyretri. scrup. 2. Hellebori, scrup. 1. misce fiat puluis, & naribus admouetur. Porrò cibus huic oblatus, pulli contusum amygdalis, & seminibus apparatus erat: cui interdum cynamomi puluisculus inspergebatur. Quibus intra quindecim dies sanitati fuit restituta.

**CVRATIO SEPTVAGESIMA SE-  
PTIMA, in qua agitur de paciente dupli-  
cem tertianam.**

Neemias

**N**ecemias Gallus, vir probus, duplii tertiana core  
reptus fuit: cui bis pro illis propulsandis, secta  
fuit uena, sed medicamentis aperientibus, et alterantibus  
exhibitis, ac purgatorio propinato pharmaco bene ha-  
buit. At quum mali Punici esu delectaretur, eius multum  
uictitauit, et perius sensit. Proinde eius abnegato usu, quū  
nimis meatus coarctabat, et vias obstruebat, paulatim ad  
pristinam regressus est ualitudinem. Propositum autem  
fuit, An balneum huic conueniret? de qua re alias quum  
dabitur occasio, rem ex toto concludemus: ex aqua autem  
potabili balneum confectum, quæstitum proponebatur.

**CVRATIO SEPTVAGESIMA OCTA-**  
**ua, in qua agitur de morsu caris.**

**I**ohannes Baptista Vecellinus, iuuenis Florentinus do-  
ctus, quum nauim intrasset, à cane magno Britanno in  
tibia morsus fuit: et uulnus profundum illi inflictu, pro  
quo curando accersito Chirurgo iussimus, per mensem sal-  
tem, apertum uulnus dimitteret. Tam enim et si rabidus  
is caris non erat, nescio tanè quid malignitatis, et uirue  
lentie canes ij nauibus occlusi pre se ferant: ut ex alijs,  
similibus morsibus affectis, edocti euasimus. Hac enim  
cautela liber, et sanus est factus.

**CVRATIO SEPTVAGESIMANONA,**  
**in qua agitur de Elephantici cuiusdam curatione.**

**V** incentius Sochetus Anconitanus, iuuenis natus an-  
nos uiginti, Iandiu elephantias laborat, itaq; foede,  
ut omnes corporis partes, cum unguibus quoque foedatas  
O habeat.

habeat. Nares tamen, quæ plerunque in morbi huius istitio corripi solent, intactæ hucusque permanserunt. Qui, quum uaria pro hac propulsanda graui, & foeda ægritudine, experiretur, ad me uenit. In quo primo ultra eutaneam fœdationem qua fœdatur, insatiabilem appetitum guendam (quem caninam famam uocamus) pati, aliquando magis, aliquando minus, deprehendo. Cæterum quum ad tentata præsidia condescenderemus, quibus doctorum hominum consilio usus fuit, Carnium uiperarum csum, subticet, quum usque ad id tempus de illis nihil nouerat. At nos scientes, ex carum uictu, mirabile auxilium subse qui, cum Galeno, & ceteris medicis consuluiimus, eisdem uesceretur: prout nunc uescitur. Quarum apparatus inferius describemus: Sed eutim, ex uiperarum sanie per uitram campanam destillata, illinebat. Suadet autem Gal. theriacam ebitam, uel cuti illitam, hoc morbo laborantibus summopere prodesse. At nos ex uiperis destillatium hoc magis conferre, ut potè morbo rebelli, & ferè exofficæ elephantiast dictæ, non sine optimo successu auguratus sumus. Primo autem sanies ex uiperis dissectis, & uasculis uitreis occlusis, ad ignem lentum destillabat: dein oleum & aqua prodibavit, de quibus postea sales conciunari poterant. Cæterum, quō uiperæ parari debeant doceamus.

VIPERARVM APPARATVS PRO  
uictu elephanticorum, ex Galeno decerptus,  
libro secundo ad Glauconem, cap. 11.

**V**iperas quidē ubi caput, caudamq; usque ad digitos quatuor abscideris, excoriauerisq; ac denique interanea exceneris, in olla prius aqua lotas coques, donec exqui-

exquisite molles reddantur. Adiūcere tamen debes aquæ, in qua illæ elixantur, Porrum, Anethumq; & olei non nihil. Cæterum ius hoc primo cibat decet: deinde carnes comedat, non secus, ac ueruccis, uel alitum, que in prædio quotidie sumuntur. Sed ieiuno stomacho, et in aurora carnes haec comedи debent: dimidiæ saltem pro uice: & aliquā do unius integræ uiperæ, prout uirium robur adfuerit. A` quarum eſu cibum, uel potum quenquamque, per sex dif ferat horas. Quod si sudauerit, diligēter sudorem seruet, maxime expedit. Excoriari autem ægrotantibus cutis follet, ut serpentibus interuenit.

## S C H O L I A.

Vipera masculus, & fœmina uenenum in uesciculis dentium cooperientibus seruatum tantum habent. Reliquæ uero corporis sui partes uene no carent. Præscinditur tamen uiperæ, pro eius apparatu, cauda. Non quia uenenoſa: sed quia ungulosa, & absq; carne, ſicca, & calida reperiat. Coēunt aut̄ masculus & fœmina, caudis ad mediū usq; corpus, optime circumuolutis comple xiſ ue altera uero superiori corporis parte eleuata, multis cū ore osculis datis. Inest uero masculo membrum uirile, ea in parte ubi amplexatur: quod intus occultum habet. Fœminæ uero uulua ex directo inest: ut cuiuis curioso manefum euadet. Proinde philosophos, & medicos in hac re hucusq; errasse, qui p̄ os uiperā cōcipere, & eius uiscera ī partu à catulis cōrodi cōtē debāt, manifesti⁹ eſt, q̄ à me ī hoc loco dici p̄ot.

O 2 Curatio

**CVRATIO OCTOGE SIMA, IN QVA**  
*agitur de puer febre biliosa diuturna laborante.*

**P**er natus annos quinque, quum febri diuturna, & continua, de tertio in tertium affligente, laboraret, ad eum peruenimus: quinque enim supra uiginti dies agebantur, quibus semper febris haec illū detinuit. In quibus à medicis multa tentata sunt, nunquam tamen deficiente ipsa, debilior uero redditus puerulus, ac circa uetrem, & hypochondria partes duriores factæ. Sic illum tractare coepimus (optimo prius ultus ordine instituto) & primo uenit, & hypochondriorum durinsecula factæ partes sequenti unguento manic, & uesperi illini faciebamus.  
**R**ecip. Vnguenti decopilatiui de succis unc. 2.

Vnguenti nostri spleneticici. unc. 1.

Olei Capparum, parum misce, fiat linimentum.  
 Porro iecori tensionem habenti sic descriptum fuit.  
**R**ecip. Vnguenti santalini. unc. 1. & s.

Rosacei. unc. 1.

Misce, quo illuinatur iecur, Ut uero per os cibiceret, sic præparatum fuit.

**R**ecip. Iuris pulli Gallinacci. unc. 8.

In ollula mittantur, & igni admoueatur: cui infund scena drach. 2. passularum ē corinthio, drac. 2. radicis petro selini cōtuse. drach. 1. oīa nō nisi pāno lineo raro, primo excepta: quæ quum parū ebullierint, accipe prædicti iuris cyathū, et in aurora iciuno stomacho bibendum præbe. At singulis quiq; diebus, pharmacū hoc illi propinabatur.  
**R**ecip. Syrupi rosati solutiui. unc. 1. & s.

Prædicti iuris. unc. 4. Misce.

Aliquando tamen agarici parum per aliquot horas prædicto

dicto decocto infundebatur. Sed quia ultimo desixa timor erat, cum lacte ex butyro recti, inungo cum per universum corpus faciebamus: quibus intra uiginti dies bene habuit: & protracta ad dies quadraginta, curatione, integrum adeptus fuit sanitatem. Habet autem unguentum deopilans, siue deopilatum de succis dictum, sic.

Recip. Succi Apij.

Endiuiae	{	an.unc. 3.
Menthæ		
Absinthij		
Petrosilini, uul.	{	an. lib. s.
Olei absinthij		
Menthæ		

Cere citrinæ q. sufficit. misce, & ad ignem fiat unguentum, cui quandoque additur pulueris calami aromatici, Spicenardi, an. drach. 1. olei capparum parum, misce.

CVRATIO OCTOGE SIMA PRIMA,  
in qua agitur de electuario ad eiaculandum  
semen faciente.

DE nobilibus quidam ex Monte Politiano, pro consanguineo regensi presidium querit, quo liberis operam dare posset. Qui tametsi ante a duos, uel tres generat: nunc tamen genitalia membra debilia ita habet: ut ipsa nec erigi, nec per ea semen eiaculari possint. Iuuenis autem is est ex principibus Italie, omnibus bonorum genere affluens: Quum igitur huic Ceres, & Bacchus non desint, duo potissima Veneris impetus concitantia, paucula hec optime concinnata, desiderata obtinuit, dedimus: & ita habent.

O 3 Recip.

Recip.	Pistaciorum præparatorum	unc. 2.
	Pinearum mundatarum.	unc. 1.
	Carnis scincorum.	drach. 6.
	Satyrionum elixatorum, uel iringo-	
	rum radicum.	unc. 1.
	Seminis Erucæ hortensis.	drach. 5.
	Chrysocolla naturalis.	drach. 2.
	Piperis longi, & nigri,	
	Cardanomi.	{ an. drach. 5.
	Specierū diamoschi dul.	{
	Cinnamomi electi	drach. 4.
	Mellis despumati rutili.	unc. 9.
Misce,	et fiat electuarium, secundum artis ministerium:	
ex quo quando uadit dormitum, semuncie pondere come-		
dat: & desuper parum uini genicost pitisset. Sed & un-		
guento sequenti genitalia membra inungat, quod habet.		
Recip.	Olei de lilio.	unc. 2.
	Caudarum scinci.	drach. 3.
	Castorei.	gr. 10.
	Nucis moschatæ	{ an. scrup. 4.
	Piperis longi.	{
Cera albe. q. suff.	misce, & fiat unguentum molle.	

## S C H O L I A.

Hic aduerte, quod uice herbæ testiculorum uulpis, aut satyrionum radicum, Iringi radices adiecimus, non minus quod in unguento: Stellionis uice, scincorum caudæ uenere, cū stellio non ita eo tempore, quo hæc parabantur habeti potuit. Cæterum peropportune erit hic cita-

re,

re, id quod olim nobili cuidam contigerit: facie-  
tissima enim historia est, & proposito deseruiēs.  
Nam quū nobilis quedā mulier Gallos (exem-  
ptis testiculis) eunuchos redderet: testiculos, ut  
optimi succi nutrimentum, pro marito in edu-  
lium adiecto melle, & aromatibus rededit: quo  
quum maritus in coena uesceretur, ita in priapie-  
smum deuenit: ut post longum cum uxore con-  
cubitum, ipsa iam lapſa viribus, nec amplius la-  
borem ferre ualens, à cubili viri communis, su-  
gam fecit. At maritus furibundus pruriens  
adhuc materia, quum uxorem persequeretur:  
nec ipsam assequi ualeret, quum alteri cubiculo  
occluderetur, ad ancillas tres, uel quatuor do-  
mesticas se direxit. quibus omnibus apprime fa-  
tisfecit. In aurora uero medico accersito, (nam  
etiamnum humor titillabat) res in iocum tra-  
hitur, & semine uiticis, cum camphora ebibito,  
ac ex populeo, linimento supra renes facto, à fu-  
rore illo, & Venereis irritamentis liber factus est.

CVRATIO OCTOGE SIMA SECVNda.  
da, in qua agitur de Scirrhoſo tumore ob ca-  
ſum ſuppurato, & in uleſus uerſo: ex  
quo mors ſubſecuta fuit.

Petrus Ordonius Iulij tertij Pontificis miximi muſia-  
cus in signis, tumore quodam ad ſpinam, costam ter-  
tiam notham reſpicientem, non niſi duro, & doloris ex-  
perte, uexari ſolebat. At, quum ſemel in nocte equitando  
per urbem Romam alijs adſtrictus cōmilitonibus incede-

ret, forte fortuna ex æquo cecidit: & loco ubi tuberculū  
herebat, maxic colusus fuit. Ex qua collisio ne, dolor intē  
sus inibi ortus fuit. Ante uero dolore, et tumore pamplo  
ac nigerrimo fasto, Chirurgus quidā ad eum fuit accessi-  
tus. Qui quum muliū puris intus latitare comprehen-  
deret, frigido, sed acuto ferramento, locum secundum cor-  
poris longitudinem, profundiori incisione aperuit: unde  
puris maxima, sed uarij, effluxit quantitas. Succendentibus  
uero curationis duobus mensibus, & ulcere ferē ad cica-  
tricem ducto: ecce æger de ilio dextro, circa spuriā pri-  
mam costam conqueri cœpit: ubi tumor, sed non admo-  
dum cintuens, apparebat, & cum tuſsi, æger sputū, quale,  
ex empyemate emitte nouimus, saepe excrebat, qui tamē  
antea id nūquā spuerat. Ad quem quum Roman uenis-  
sem, & uocatus diuertisse: rem ex toto contemplor. Chi-  
rurgos audio: Aderat autē iam alter in signis, & fama ce-  
lebris: Iacobus ē Perusia. Utrosque tamē anticipates, de lo-  
co aperiendo, precipue ubi tumor apparuerat, comporio:  
At nos quum puris screatum perciperemus, quod ad pul-  
mones transiſſum per tracheam arteriam foras pelleba-  
tur: et locū tangeremus, in quo pus latitasse dignouimus,  
homines in nostram traximus sententiā, ac refectis cum  
sonno medicamentis euocato, tū edulis, & insculpis, ægro  
tantis uiribus: in aurora locū secundum costarū incessum,  
scalpello incidi fecimus. Per quam incisionem pus furibū  
de, magna in quantitate exiuit: quod in pectoris cauitate  
continebatur: erat autem incisio inter primam & secun-  
dam spuriā costam: septum transuersum semper tamen  
cauentes: quia ortum à prima trahat: turunda tandem ex  
albo, & oni luteo optime contusis, illita, concinne innisi-  
sa, & tertia curatione ex digestuō intincta, admoueri  
cœpit:

eccepit: sed primo, lauacro per orificium iniecto: et hinc inde corpore, tanquam cupa lauanda comoto pus cum praedicto lauacro (irritata tussi) foras per orificium trudebatur. Erat autem lauacrum. Aqua hordei cum Rhodomelle: cui quoque sepe uinum ex rosis, et myrtillo confectum, adiungebatur. Ut tamen inter norum membrorum mala intemperies extirparetur. Guaiaci decoctum ex uua passa corinthiaca, et GlycIRRIZZA apparatum, semel in auro ra, singulis diebus dabamus. At quum pus elapsis nonnullis diebus, pigre per orificium exibat, cannulam ex arantij folio, concinuatam immittebamus: Solet autem huiusc modi cannula, non solum ex arantij, sed haederae quoque folijs apparari: quanquam ex plumbo, et uarijs alijs rebus fieri solet. Interiectis tamen non nullis diebus, quum pus plus iusto exiret, lauacrum sequens paratum fuit: quod per orificium inieciebatur, et ita habet.

Recip. Hordei libram semisemi.

Lentium

Fabatum

Myrtillorum

Rosarum rub.

Thuris

Sarcocolle

Myrrhe

Alocs.

{ an. pg. 1.

{ an. unc. 1.

In libris octo uini rubri fiat decoctio, quo usque maneant libra sex: et coletur. Cui pro arbitrio mel rosaceum col latitum, et quandoque hordeacea adiungebatur, quo lauacro (ita enim appellare placet) non nisi calido, per orificium iniecto, corpus, ut dixi, lauabatur, eo enim cum pure expulso cannula ex arantij folio, orificio (ut diximus) immit-

immittebatur, supra quam linea pannus aliquando digestio, non unquam uero ex minio unguento illitus admiscebatur: et desuper uinum stypticum cum panno, aut spongia exceptum. Sed quum uires Labi coepissent, paulatim consumptus, et tabidus factus, obiit, elapsis octoginta diebus, a casu praedicto.

C V R A T I O O C T O G E S I M A T E R T I A,  
in qua agitur de uulnere inter utroque cerebri uentriculos penetrante.

**C**vui in Duello duo robustissimi iuuenes extra urbem Romanam digladiarentur, alter alteri per frontem ensim immisit: ex quo uulnere illico Iesus in terram concidit: et eum humili prostratum tanquam mortuum uincens dereliquit (occurrētibus tandem iudicibus, et spectantibus) eum utcunq; subleuarunt, et à diris, cruentisq; manibus rapuerunt: Qui omnium medicorum, et chirurgicorum assistentium concessū, paucis horis ipsum ex piraturum praedixere. Tam enim penetrās, dirumq; uulnus erat, ut Cerebri substantia incisa, perforata ue crederetur: Sed contrario euenit: quum nullo frangente Symptomate, intra quinquaginta dies, ex toto eger sanus factus est: non sine tamen omnium admiratione, et medicorum præcipue hæsitatione. Quū ita per uulnus specillum, quod tentoriā astilam uocant, ingredi animaduertebant, ut uulnus Cerebri substantiam attigisset: eorum nullus ambigeret: sed ijs re uera quū uulnus inter duos cerebri uentriculos illatum esse ignorarent, admirabantur: Solet autē gladius inter uiresque cerebri uentriculos multum currere. Sæpeq; penetrare, nullam cerebri

cerebri substantiae noxam inferendo: tametsi utraque meninx semper afficiantur: ut ægroto nostro euenit. Et alij olim à nobis notato.

## S C H O L I A.

Medicus, uel Chirurgus, qui ad corpus humanum accedit: & id absq; membrorū, & particularum exacta digniorione, curare contendit, haud secus reputādus est, quām faber lignarius, qui suffusos oculos habet: & ligna pro conficiēda sella incidere tentat. Oportet igitur medicū, uel Chirurgum in corporum dissectione appri-  
me instructum esse.

CVRATIO OCTOGESIMA QVARTA,  
in qua agitur de Hernia aquosa, Ramice humorali dicto.

**C**ypar de Faria nobilis Lusitanus, ex Balthesaris  
de Faria, apud Iulium tertium summum Pontificē  
oratoris uigilatissimi frater: aquoso ramice laborabat:  
quem ijs notis dignoscemus. Nam testiculus tumentior  
apparebat: quem quum comprimebamus, ipsum lucidum  
cōspiciebamus: quo ex lauato, ac candela accensa, ex ade-  
uerso conspecto, aquam intus contineri percipiebamus:  
quam Alfonsus Ferreius Chirurgus hac ætate insignis, in  
cijo scroto, olim iam extraxerat. Solet autem morbus hic  
sepe repullulare, prout nunc de nouo aggregata aquosi-  
tate dolorem, & solitam affectionem afferre cœpit. Ad  
cum igitur deuenientes nos purgatione habita, iterū per  
incisionem parti admodum scroto declivi factā, eam ex-  
trahere

trahere permisimus: postea uero iecore, ac internis membris ab intemperie, p medicamentoru, et Guajaci decocti ebibitionem, restitutis, liber, & sanus factus est.

## S C H O L I A.

Suadet Chirurgici, solicite admodū, & dextre incisio in scroto pro aquoso humore depo- nendo fiat: & recte mea sententia. At quod non decliniori in parte scroti incisio hæc fieri debeat, absurdum mihi uideatur. Eleuato enim in to- tū testiculo, incisio parti imæ adhibita, securior euadit. Nec inde nocumentum oboriri hucusq; animaduertimus. Sic enim in Enterocèle, hoc est, ramice intestinali, ruptura uulgo dicta, fieri mandamus, non nisi prospero, & felici semper eventu: ut in hac dixi mus Centuria. Nec est, quod quis dicat, iurum dampn per emissarium de- cliviori loco factum, in missam, testiculū punge re: quum id à Chirurgo diligenti obuiatur.

C V R A T I O O C T O G E S I M A Q V I N T A,  
in qua agitur de vulnere cuidam inficto; inter  
furculam, & humerum.

**P**ugionem infixit Miles militi ad humerum proprie furculam: qui quum Pugionem extraheret: & sanguinem concretum uideret, ac uulnus pectoris cavitatem attigisse contemplaretur: incisionem inter tertiani, & quartam costam spuriam machinatus est, & docte sa- ne. Nam sanguis admodum concretus in pectoris cava te continebatur, qui per eam tantum de nouo factam incisionem,

cisionem, foras fuit extractus, & æger intra quadraginta dies sanitati restitutus.

**CVRATIO OCTOGESIMA SEXTA,**  
in qua agitur de Mendoza, & falsa Pleuritide.

**L**ydius Bobius uir, ut eius attestantur monumenta, doctissimus, et aetatis sue anno sexto supra septuagesimum, quum pleuritide falsa afflictaretur, lotium liuidum, & subnigrum, innati calidi, extinctionem indicans, mingebatur: parum tuſiebat: nihil spuebat. Occupabat autem dolor cor à iugulo pendens. At quarto die sternuit, sed nihil sputi, aut mucoris emisit: immo circa affectum locum acriter doluit: septimo tandem die, obiit. Cæterum ille, quem sibi uires labi contemplaretur, assistentibus se mori prædixit: nam & medicinā uir doctus, & senex callebat: & eam exercuerat. Cui bona indolis iuuenis quidam, & ex cubicularijs doctissimi domini Baltasaris à Faria Ioannis Tertij Regis Lusitanorum apud Iulium Tertium Pontificem maximum oratoris uigilatissimi, obiicit: bono esset animo, quum à docto curabatur medico. Cui ille submissa uoce, sed prudenter respondit: nonne magni illius Galeni tempore ægri moriebantur? obiit autem prædicto dic, non sine tamen piissimi oratoris ingenti dolore. unice enim eum amabat, solito eo amore, quo doctos omnes, & uirtute instructos prosequi consuevit.

**CVRATIO OCTOGESIMA SEPTIMA,**  
in qua agitur de Carnicis excrescentijs circa anum  
enascientibus: quas cristas uulgas appellat,

**P**lures carneæ excrescentiæ, non solū mulieribus, sed puerulis, apud Romanum agentibus, circa anū enascuntur: quas nonnulli ex practicas scribentibus authoribus, cristaas hemorrhoides appellare solent: quibus Ragades, hoc est, ad earum radices scissuræ, similes ijs, quæ in labijs ob boreæ flatum asperiorem accidunt, sape conspi ciuntur. Pro quibus curandis carneis excrescentijs, quum plures plura machinati sint: nos (uarijs quoque tentatis præstdijs) nullū securius, nec melius hucusque inuenimus remedium, quā eas forcipibus incidere: incisis enim, pauca eis postea derelicta uestigia curantur: sed ragades unguēto de plumbo, & alijs apprime exiccatibus extirpātur.

## S C H O L I A.

Nephandus morbus is est, quum ex naturæ ordinem peruertentibus rebus eueneriat, pullulet'ue. Cæterum contendebant nonnulli medici morbū hunc aqua, ex rebus apprime cōstringētibus, ut alumine, & tartaro, ac sublimato confecta, eradicare: ueluti alij argentariorū aqua forti. Sed mea sententia, curandi uia à nobis tradi ta, cæteris securior est, quum paruum dolorē, & symptomata ferè nulla, secū trahat: ut experientia longa comprobatum habemus.

CVRATIO OCTOGE SIMA OCTAVA,  
in qua agitur de Scirrhofo tumore uteri os occupāte:  
ac de ipsius uteri cuersione, et symptomatibus  
mensuris tempore euidentibus.

**M**aria Ricia mulier nata annos quinque supra ui ginti:

genti: et que Romæ multis prostat, olim solita parere,  
 quin impregnari desineret, mensu tēpore, ingētissimis do-  
 loribus cruciabatur: quos consequebantur spasmus, animi  
 deliquium, et uniuersi corporis algor. Succingebant autē  
 dolores imum uentrem ad renes usque: quorū causam me-  
 dici Romani inquirentes, talem referebant. Nam, quum  
 hæc nephritide corripi solita erat. Eo tempore, quo menses  
 fluunt, uterus tumet: et amplior redditur: ob cuius am-  
 plitudinem ureteres, et uia à ueſica ad pudenda, usque  
 tendentes, coarctabantur, ac sic arenulis descendentibus  
 à renibus, uia intersepiebatur: unde dolor oriebatur pullu-  
 labat'ue. Item quod sanguine menstruo obstructæ, ac coar-  
 ctatæ uiae inferiores, arenulae impedita uiam inueniētes,  
 per quā libere solitæ erant, percurrere. Continui solutionē  
 faciunt, et disrāſſia, unde oritur dolor, et cruciatus, ad  
 quos consequuntur, uteri conuulſio, animi deliquium: et  
 per uniuersum corpus algor. Cōtra quas affectiones, oēs  
 ferē Romani medici, multa tentarunt remedia: et uaria  
 adhibuerunt medicamenta. Sed frustra, quum ægrotans,  
 nullū ex illis consequuta fuit auxilium. Sed indies magis,  
 et magis p̄dictis doloribus, et symptomatib. (mensibus  
 per triduum fluentibus) cruciabatur. Ad eam igitur uoca-  
 tus in primis iubeo dux, non nisi disertas, et bene instru-  
 etas obstetricices, accessiri: ut eius matricis os apprime ob-  
 stetrando, discernerent: uiderentq; nunquid mali in eo la-  
 titaret, occultaretur'ue: quæ prudentes, et ex præcipuis  
 obstetricibus Romanis quin essent, et tales quales Hippo-  
 crates sepe desiderat, hanc ipsam tuberculum durū cice-  
 ris magnitudine in uteri ore pati, significarunt: quo audi-  
 to, in mentem subit, hanc scyrrhosum quendā tumorē in  
 uteri ore habere: qui eo tēpore quo menses fluebant, tu-  
 nebat:

mebat: & omnia uascula circa eum contenta, sanguine  
menstruo per ampla facta, dolores grauissimos patieban-  
tur: ad quos, uteri uersio, seu complicatio, que non aliud  
est, quā uteri conuulsio, spasmus dictus, cōsequitur. Quip  
pe cōmotus ac sēuis doloribus irritatus uterus, sua expul-  
trice facultate, obnoxia expellere conatur: quē uteri mo-  
tum, conuulsio, Animi deliquium, sensus, & motus priua-  
tio, faciei, & omnem membrorum frigus, consequuntur:  
morbi igitur causa cōprehensa, quū pinguedinibus emol-  
lientibus circa locum, & fomentis uarijs, sepe uteretur,  
ac Guaiaci decoctum cibiberet, si non ex toto, ex parte ta-  
men allevata est: nec tantum, quum menstrua fluunt, ut  
solebat, cruciari solet nunc,

### CVRATIO OCTOGESIMA NONA, in qua agitur de muliere abortiente.

**V**XOR IULIJ FOLCHI apud Romanum procuratoris diser-  
tissimi, quū utero gereret, tertio mense foetationis  
semp abortiebat, et in uitæ discrimen ueniebat. Cuius ab-  
ortus causam inquirens ipse, cōperio hanc, temperatula  
sanguinæ, & biliosam esse: in qua, quum multus sanguis  
biliosus, & acutus superabundabat, uasculorum ora fœ-  
tū alligantium, sua acutie, & punctione aperiebat, &  
disrumpebat: unde abortus sequebatur. Quod malū præ-  
cauere uolentes, iussimus, quum uterum gereret: & per-  
turbari, ac angi coepisset: illico uel medico absente, Cubi-  
ti medianu ueniam, communē uocant, secare: sanguinemq;  
ad semilibram extrahere, iussisset. Que, quum postea sic  
caute, & prouide debito tempore sanguinem demeret, illi  
partus foelix, et prosper semper subsequebatur: nec enim  
euacuationes

S C H O L I A.

Tametsi sanguinis extractio per uenæ sectio-  
nem, prægnantibus, ut quæcunq; altera euacua-  
tio, periculosa est: nihilominus tamen primis  
mensibus sanguinis missio secure exerceri in eis  
potest, ut testat Gal. Enarratione Aphor. illius.  
Vtero gerentibus uenæ sectio periculosa est: &  
eo magis quo grandior fœtus fuerit: quia puer  
quo minor, minori indiget alimento.

CVRATIO NON AGESIMA, IN QVA  
agitur de morbo comitali ob malū nūtiū subito eueniēte.

R Euerenda Monacha apud Coenobium Sancti Sixti  
Romæ, et nata Fiderici à palm. a, nondum uigesimū  
etatis sue annū attingens, quum fratrem suum emortuū  
subito acciperet, illico humi cecidit, & tanquam mortua  
per horam integrā mansit: que postea utcunque reuoca-  
ta, comitali morbo grauiter cruciari cœpit. Quo morbo,  
bis, & ter, & amplius singulis diebus torquetur: non ta-  
men ad os spuma refertur: quia nondum sœuus & crude-  
lis morbus sextum superexcesserat mensem.

CVRATIO NON AGESIMA PRIMA,  
in qua agitur de dolore hæmorrhoidū cæcarū.

R Omana quæ ad Pontem sancti Angeli habitat, qui  
uteri procidētiam pateretur, de hæmorrhoidum do-  
lore querebatur. At quū illi multa, & selecta medicamē-  
ta admota essent, quibus nō iuuabatur, ad balanū ex sepo  
hircino cū oppio confectū cōfugimus: quo dolor euauit,  
nec postea rediſt. At postea calidis roborantibus locum  
prout post admota stupefactia fieri solet, fouimus.

**CVRATIO NONAGESIMA SECUNDA,** in qua agitur de egregio quodā remedio ambulationi dicato, ex indicō medico accepto.

**I**n ter selecta medicamenta cōbustionibus facientia, sic uel ab igne, uel aqua feruēte, aut aliqua alia procatarctica causa eueniat, hoc primatum obtinere, certum est. Quod habet sic, Lauri folia accipies, super quæ porcinā pinguedinem ignitam de alto cadere facies, quo usque folia ipsa in cinerem uertantur. Eo uero cinere pinguedine obuoluto, ac in unguenti formam redacto, cōbustum particulam inungues: bisq; in die enouabis, et eam intra tres dies sanam reddes.

**CVRATIO NONAGESIMA TERTIA,** in qua agitur de sanguinis mictione critica.

**I**uenis robustus, floridus, & sanguineus; quum sanguinea febre afflictaretur, & pluries illi sanguis effet extractus, sexto die sanguinem cum urina minxit: & sanitati restitutus fuit. Admirabantur autem assistentes omnes, contendebantq; nonnulli alij medici, qui illius quoque curam habebant, de sanguinis suppressione. At nos, quum crisis per eam uiam à natura factam, coniectaremus, & ægri uires inde non labefactari perciperemus, rem in totum securam & ægrotantem liberum, & à morbo immunitam esse prædictimus. Solet autem crisis h. ec, buiscemodi in febris, aliquando, licet raro contingere.

**CVRATIO NONAGESIMA QVARTA,** in qua agitur de diabetis curatione.

**Q**ui meracioris uini potui indulgebat Romanus, & crethani, idest, foeniculi, aut petrosclini mari- ni dicti, muria cōditi, largiore uictu usus est: in diabetem affectionem lapsus fuit. Nam quicquid bibebat si- mul,

mul, & quale assuebat, per urinam reddebat: & inten-  
sissime stiebat. Ad quem quū cōueniremus, & morbi car-  
san perpendissemus, ea procatarctica abnegata, que ante-  
cedentem mouet: falsuginosum humorem, & mordacem  
euacuari, & obtundi, curauimus. Euacuauimus autem cum,  
syrupo rosato solutiuo, de Cycorca cum rhabarbaro, my-  
robalanis citrinis, et paucō agarico, obtudimus uero ipsi-  
sum, ptisana, ouis sorbillibus, halica, carne hedina, & ui-  
no paucifero. Sed ut retentrix renū facultatis, que omni-  
no imbecillis erat, restauraretur, singulis diebus in auro  
ra potum sequentem dabamus.

- |                              |                |
|------------------------------|----------------|
| Recip. Syrupi myrtillorum    | } an.unc.s.    |
| Rosati de rostis siccis.     |                |
| Trochiscorū de terra sigill. | } an.scrup. i. |
| De spodio Arab.              |                |
| Aquarum capitū rosarum       | } an.unc. i.   |
| Plantaginis, corrigiolæ.     |                |

Misce, quin & renū regioni exterius ceratū, ex acacia,  
hippochistide, mastiche, thure, bolo armena, ladano, &  
rcflna confectum, applicuimus: & intra duodecim dies  
sanitati fuit restitutus.

### S C H O L I A.

Diabetes transitus urinæ continuus est, aue-  
uerius potionis non mutatæ, ut lienteria cibi: à  
renū intemperie calida, cum siti inexplata, eue-  
niens affectus: qui raro cuenit, ut eum Galenus  
bis tantū uidisse testetur. Nos autem alterum noui-  
mus in hanc affectionem, ob largiorem farcimi-  
nis piperati esum incurrisse: qui quoq; facile fuit  
recuperatus: & sanitati restitutus. Fit autem affe-  
ctio hæc, ut dixi, & renū retentricis facultatis

inbecillitate, attractricis autē tanto labore, ut totum corpus, ob ingentem calorē, exhaustiar. Iuste igitur renūm passio, & affectus diabetes appellatur: quia sic affectū renes ad se corporis totum humorē attrahunt. Quē sua imbecilli redita retentrice facultate, retinere nō valent. Sed cum multuatim in vesicam cum exonerant, & consequenter foras transmittitur: Vnde ab aliquib. passio hæc (Galenō teste) cap. ulti. libri de symptomatum differentia, aqua inter cūtem ad matulam appellabatur: ueluti urinæ fluor, seu leuitas, aut ob inexplicablem suūm, diplacos.

C V R A T I O N O N A G E S I M A Q V I N T A,  
in qua agitur de documento habendo, in pano, sive ingui-

nis tumore curando, & quod lignum Guaiacum,

buxus apud nos nascens sit.

**L**ydouicus Bononiensis extra urbem Romā, ad quin  
quaginta milliaria cōmissarius, bubone in inguine  
pano dicto, uexabatur: pro quo propulsando (integro ipē  
so existente) pharmacum medicus quidam illi obtulit, à  
qua pharmaci bibitione æger peius sensit: & cruxosis ul-  
ceribus eius uniuersum corpus foedatū fuit. Caueant igitur  
medici, bubonibus integris stantibus pharmacū (sal-  
tem forte) patienti ne tradant: ne scilicet uita tam ma-  
teriam foras, nature beneficio propulsata, introrsum de-  
nuo renouent. Qum inde priori morbo aliij grauiores  
orientur. Oportet igitur cocta uençque primo materia,  
eam per incisionem expellere, ac aliquādiu ulcus apertū  
sinere: ut pus dirum per fluxionis emissarium affatim  
emaneat, quo peracto, mox purgationes tuto exhiberi pos-  
sunt. Bubonibus ergo in pestica lue apparentibus, medici  
à medicis

à medicamentorum purgantiū propinazione abstineret, pro posse suadere. Nec cuim unquā mibi placuit, id quod nonnulli machinantur, scilicet, post epotum pharmacum, potens emplastrum, aut eucurbitulam tumoris, diuertendi ratione admouere. Cæterum ægroto nostro, post eius tumorē abscissum, et uniuersum eius corpus per medicamenta euacuatū, buxi nostratis decoctū, eo modo apparetum, quo Guaiaci conficitur, dedimus: & intra triginta dies sanitati fuit restitutus. Est enim lignum Guaiacum, ex insulis nouiter repertis aduectum idem, quod buxum Europei appellant: ut conferenti manifestum cūdet. Proinde uiribus respondere, ab re non est. De quo ter tia Centuria, quū dabitur occasio, sermonē faciemus.

**CVRATIO NONAGESIMA SEXTA,**  
in qua agitur de pucro octo annorū cōtinuo febricitante, cui cubiti scēta uena fuit: & sanus factus est.

**F**iliolus mercatoris opulentis, qui ad uiam peregrini habitat: natus annos octo, qui cōtinuo febricitaret, & à medicis pro deplorato relinqueretur, nos (contradicentibus præcipuis Romanis Medicis) illi internam cubiti uenam secare fecimus: et sanguinem ad uncias quatuor fluere permisimus: et illico inclius habuit. Et intra paucos dies ex integro sanitatē adeptus est. Porrò assistentes medicos ad Centuriā primā harum curarum nostrarum relegauimus: in qua hæc ad amissim exposuimus.

**CVRATIO NONAGESIMA SEPTIMA,**  
in qua agitur de experimento facilis, & indubitate pro quartana propulsanda.

**C**um contra quartanam, multa non solum à mediis, sed popularibus, et uetus machinata sint: nos præter quod die paroxysmi, propinato pharmaco

plures sanitati restitui fecimus, ut prima Centuria diximus: nunc quia in hoc leuisimum, et securissimum experientum incidimus, quod quisque experiri poterit: literis mandare placuit: quod habet sic, quum frigore quartana rius torqueri cooperit, cyathum stillatitiae aque rosarum ebibat: quo multa & biliosa euomet: et sanus euadet. Ita enim multis euensis obseruauimus. Proximum est hic citare, aliud contra quartanę ingens frigus, remedium, qđ ex Galeno habetur, et alijs, post eum medicis, sepe à nobis in usū habitum, et pro uero compertum: grana quinque, uel sex piperis integra deglutienda, frigoris tempore, egrotanti cum paucō uino generoso dabis. Quo auxilio repetito, æger bene habebit: ut nostro interuenit ægrotanti, cui quartana per tres desit paroxismos.

### C V R A T I O N O N A G E S I M A O C T A V A, in qua agitur de singulari quodam Topico medica mento scabiei crustis, & lepræ conueniente.

**I**nter Topica remedia scabiei conuenientia, hoc prima tum obtinere, tanquam expertus, confirmo, quod habet. Recip. Radicis Enule cāpanæ uiridis lib. media: pinguedinis porcine uncias. 5. in mortario marmoreo pistentur, & ad lentum ignem parum ebulliant, & fiat unguentū, quo æger pustulas inungat. Est enim admirandæ virtutis unguentum hoc, ut incantamento eius opus simile uideatur. Cuius uires si expertus fueris nobis cōsenties.

### C V R A T I O N O N A G E S I M A N O N A, in qua agitur de catapotij fortibus nihil: uentrem subducentibus.

**V**ix cui catapotia fortia, hoc est, de lapide lazuli, cianeo dicto, cōfecta propinata sunt: nihil egesit: sequenti uero nocte, à leui deglutita pilula, multa nigra et melan-

melancholica per inferiora emisit, & bene habuit.

## S C H O L I A.

Ob catapotiorum, & medicamentorum fortium potentia, natura eorum actuationem non aggreditur. Sed ea potius refugit, & deserta relinquit. Propinatio uero leui postea pharaco, ex accidenti concoquuntur, & opus suum conficiunt: ut saepe contingit, & practici norunt.

CVRATIO CENTESIMA, IN QVA  
agitur de quodam cui per nare sinistram  
sanguinis uiginti librae effluxerunt.

**A**ntonius Correa nobilis Lusitanus quartana febri iamdiu affligi coepit: qui quū eam grauiter ferret, ex Mediolano Romanu uenit: ubi quū à morbo ob rigidā hyemem, & iter longum grauius corriperetur, illi repen- te sanguis è nare sinistra effluere coepit, & ita copiose, ut intra quinque dies librae uiginti effluxerint, adeo ut de funere potius, quam de eius salute, cura inter domesticos iam esset. Ceterum inter cetera huic opitulatia remedia, hac potissimum iuuerunt. Cucurbitula s̄plenis regioni ad mota, et gelida testibus applicata, & sepe innouata. Porro interea dum sanguis effluxit: quartana cursum suū dimisit: Sed postea elapsis paucis diebus, redijt, & eam nunc, ut antea patitur, temperatura enim biliosa exusta præditus hic est.

## S C H O L I A.

Sanguinis uiginti quinque libras, parū plus, uel minus, in homine bene disposito reperiri, Avicenna est Autor: ex isto uero Capitaneo librae uiginti, non nisi intra quinq; dies fluxerūt: in quibus cibo, & potu potissimum reficieba- tur,

232 AM. LVS. CVR. M E D.  
tur, ut huius rei est testis Andreas Lacuna, qui  
nobiscum in hac curatione quoq; erat. Dianam  
Estensem Illustrissimam mulierem Ferrariæ no-  
uimus, à cuius naribus sanguinis libræ uiginti-  
duæ prodierunt, & taurice ualebat: ut quoq; illius  
Brasauola commentarijs Aphor. ter meminir.  
Et hic secundæ Centuriæ est finis. Romæ Iu-  
lio tertio Pont. Max. Vigente primo Aprilis:  
M D L I.


F I N I S .


Venetijs Ioan. Gryphius excudebat.


M D L I I.

Reservado  
4122









qd  
6



